

o
n
m
s?
n-
de
co-
m-
ui-
eum

o
n
p
qu
ga
qu
nu
dia
tur
tun
vera

e
re
m
nt
a-
quā
nim
elis
an-

se
en
fi
ea
pb
id
ne
S
ab c

MTA_p

emo-

tule-

, re-

q
po
ta
elo
tan
sec
in h
quis
nab

ores,
de-
aret.
uisse:

rel
ne,
cog.
ca l

strum, impudentem ego vobis, quod receperim, putem diutius posse debere. Cum omnes arrisissent, eadem in porticu summa cum audiendi expectatione confederunt. Tum Syncerus, Quandoquidem hoc munus, inquit, mihi mandatis, quod cuilibet uestrum potius mandari deberet, ita suscipio, ut non artem me traditurum putetis, quam nunquam accepi, sed consuetudinem meam, & quidem illā, quæ usu, atq; exercitatione tractavi. Hæc si studia uestra minus explebunt, vos accusandi estis, qui ad ea dicenda, quæ ego ignorarem, me impulistis. Mihi verò laudi erit, inscientiam meam declarare, quam vobis non obsequi, maluisse. Tum Summontius, multa præfari, inquit, Syncere, ut te nobis excuses, antequam accuseris, in quo te non modò accusaverit nemo, sed omnes etiam summis laudibus extulerint. Deprome tandem, deprome, quæ diuino isto animo clauduntur. Ego verò depromam, inquit ille, atque imprimis id opto, ut satis expectationi faciam uestræ, haud secus, ac morem vobis gero. Cum autem quod erat mihi principio faciendum, (Ita enim fieri iubent in omni disputatione, ut quid illud sit, de quo disceptatur, explanetur) à Græcina sit constitutum, quid sit Poeta, atq; de virtute, ac probitate illius multa sint prudenter, & disertè admodum dicta, quod mihi relictum est de his, quæ illi tenenda sunt, si quis memoria repetierit, quæ sermone hæsterno disputavimus, omnium rerum atque artium illi scientiam complectendam esse non dubitaverit. Verum, ut faciamus hæc ipsa planiora, ac singula genera luculentius ostendamus, repetenda est nobis illa vetus partitio philosophiæ, quæ ferè omnibus probatur. Quando enim philosophi, qui de sua vi, ac doctrina uni omnia penè profitentur, & quæ olim erant Poetarum, omnia sibi præter versum iam pridem vendicant, eius sapientiæ, quam ipsi tenere gloriantur, partem in cognoscendo rerum naturam, causasq; posuerunt atq; cum ea rerum diuinarum perspicientiam coniunxerunt; partem in bene vivendi institutione versari, partem in disserendi ac loquendi ratione, partem in Mathematicis nolverunt. Atq; ut à Mathematicis ordiamur, quæ quondam fuerunt rudimenta, & quasi in cunabula eruditionis, nunc eruditorum paucis perspecta sunt, quomodo Astrologiæ ignarus vel mediocris Poeta esse potest, cui toties ortu occasusq; signorum tempora notanda sunt, significatione tempestates declarande, cui de cæli conversione, de motu Stellarum, de lumine nō nunquā dicendum est? Virgilius hanc scientiam ignorare cuiq; videtur? cūm ait,

Hic canit errantem Lunam, Solisq; labores,
Vnde hominum genus, & pecudum, unde imber, & ignis,
Arcturum, pluuiasq; hyadas, geminosq; triones.

Quæ sint tenenda poetæ

Partitio philosophiæ.
De moribus.
Logica.
Mathematica.
Mathematicæ partes.
Astrologia.
Virgilius astrologiæ peritus, & Geometriæ, & Arithmetici.

heis, machinas, in quarum rerum descriptione interdum Poeta versatur, pro
bè inquam describit? Nam ad hanc uim Geometricam attinent Virgiliانا
non pauca, quod genus est.

Dic quibus in terris, & eris tibi magnus Apollo, inq. sili
Treis pateat celi spatium, non amplius ubius. Et inuoluitur

Maioresq; cadunt altis de montibus umbrae. Et inq. sili

Si quem extrema plagarum

Quatuor in medio dirimit pla ga Solis iniqui. Atq; inq. sili

Iacet extra sidera tellus,

Extra anni, Solisq; uias. Et inq. sili

Quinque tenent caelum Zone. Et inq. sili

Tum Tartarus ipse

Bis patet in præceptis tantum, tenditq; sub umbras, inq. sili

Quantus ad aetherium caeli suspectus Olympum.

Nec me fugit horum non nulla, ad astrologum spectare. Quid dicam de no
tia numerorum, quæ ne primis quidem literis eruditi carere possunt. Quin
etiam uulgo irrideri solent, qui nesciunt computare. An non ad eam discipli
nam hæc attinent?

Mantua diues anis, sed non genus omnibus unum,

Gens illi triplex, populi sub gente quaterni.

Vt ratiocinanti liquere possit duodecim Mantue populos fuisse. Et inq. sili

Tres equitum numero turme, terniq; uagantur

Ductores, pueri bis semi queneque secuti.

Vnde colligas licet, sex, & triginta pueros in ludicrum illud, certamen de
scendisse. Si quis autem cum hac ratione musicam esse coniunctam perspicat
à musica Poeticam seungi non posse, sanè illam Poeta necessariam esse intel
liget. An numerandi, metiendiq; uim ignorauerit, qui in numeris uerborum
recensendis, pedumq; mentione versatur? Quia uerò magnam in numeris uim
sapientes illi ueteres posuerunt, hanc perspicam esse poetis oportere. Ille idem
author est planè documento, qui neque unius, neq; duorum naturam ignora
uit, quæ summa rerum principia bonarumq; alterum, alterum malorum Py
thagorici esse uoluerunt. Cum animi constantiam, corporis firmitatem, popu
lorum pacem, Principum concordiam, omnem denique optimi perfectionem
ad uim unius referrent; ad eam, quæ est duorum, per motiones animorum,
agrotationes corporum, similitates, inimicitias, seditiones, bella, eersiones
urbium, uastationes agrorum, omnes denique rerum perturbationes. Nam,
& bellicis rebus, & urbanis, unum regem semper, unum ducem Poeta ille
præfecit, in hoc etiam Homerum imitatus, cui rex unus, unusq; princeps, non
sanè plures probantur. Hinc illud præclare, & inuoluitur

His amor unus erat. Et inq. sili

Nam faciamus utranque

dum, cum ager colentibus, aut inq. sili
luculenter uim nascentis orionis, & occidentis uenerat, inq. sili

Cum subito assurgens fluctu nimbus orion

In uada ceca tulit.

Occidentis autem,

Quam multi libyco uoluntur marmore fluctus,

Seuus ubi orion hybernus conditur undis.

Quam planè quod Veneri tribuitur Sidus, agnouit? Quam dilucidè utrunq;
illius ortum describit?

Qualis ubi oceani persusus lucifer unda,

Quem Venuis antè alios astrorum diligit ignes,

Extulit os sacrum caelo, tenebrasq; resoluit. Et,

Antè diem clauso componet uesper Olimpo.

Quid de camicula dicam? nōne breuiter, & apertè lumen, & uim eius
exposuit?

Non secus, ac liquida, si quando noctè Cometa

Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor.

Ille sitim morbosq; ferens mortalibus ægris

Nascitur, & leuo contristat lumine caelum.

Id quoque de celestibus hædis prudenter sanè.

Quantus ab occasu ueniens pluuiatibus hædis.

Verberat imber humum,

Illud autem ex recondita siderum disciplina depromptum est.

A me nouum tardis sidus te mensibus addas,

Qua locus Erigonen inter, Chelasiq; sequentes;

Scorpius, & caeli iusta plus parte relinquit.

Cum poeta ille haud quaquàm nesciret, non cuique signo circuli duodeci
mam partem obtigisse, rerum esse quibus profectò minus; quod quidem de
Cancro, atq; Ariete tradiderunt esse; & quibus longè plus obuenerit, ut de
Virgine, atque Scorpio perhibent. Nam Lucanus, uel nimis in hoc est, atque
ostentatione quadam artis gloriam consequi conatur. Geometriam uerò, uel
eo perspicies uilem esse, quod sine illa, nec ratio siderum, neq; Geographia
cognosci potest. Quam uis desit poeta, qui Astrologiam ignoret, iam decla
ratum est. At ex pers Geographiæ, quis unquam ad poeticam accessit? Quia
uerò omnis Geometria metiendi, ratiocinandique, atque uidendi ratione defi
nitur, sine illa disciplina, quæ liniamenta, formas, intervalla, magnitudines
metitur, quis terrarum, caeli, siderum spatia, quis loca, regiones, itinera, ur
beis,

Lucanus ni
minus in os
tenda Astro
logie peritiā
Geometria.

Troiam animis. Neque illum fugit quantum inter parem, & imparē numerum inter sit. Nam quod ipse ait, numero Deus imparē gaudet, id sēpe declarauit.

Hic pater omnipotens ter cælo clarus ab alto

Intonuit. Et

Ter socios pura circumtulit unda

Spargens rore leui, & ramo felici oliuæ. Et

Tria uirginis ora Dianæ

Atque cū res diuina heret,

Treis Eryci uirgulos, & tempestatibus agnos

Cadere deinde iubet. Et

Nunc grege de intacto septem mactare iuuenços

Præstiterit, toridem lætias de more bidentes. Et

Iamq; dies epulata nouem gens omnis, & aris

Factus bonos.

Cū autem manibus, aut sacra facienda, aut soluenda essent iusta, parem adhibuit, ut

Hic duo ritē mero libans carthesia baccho

Fundit humi, duo lacte nouo, duo sanguine sacro. Et

Quattuor hic primum nigrantes terga iuuenços

Constituit. Et

Sulmones creatos

Quattuor hic iuuenes, toridem quos educat V fens

Viuentes rapit inferias, quos inmolet umbris.

Illud autem obscurioris doctrine est,

Quintam fuge, pallidus orcus

Eumenidesq; fate.

Sine infelix, atque sterilis esse numerus ille dierum putaretur. Namq; sterilitatis causa Minervæ dicitur fuisse consecratus, sine iudicijs faciendis, puniendisq; maleficijs ueteres illum tribuissent. Nec uerò pars illa omittenda est, quæ de ratione uidendi pertrahat, ut rectè ostenta, spectra, circulos, quæcunque in cælo, ac procul apparent, describat. Nisi putas Virgilio hanc disciplinam latuisse, cū admirabilem arcus speciem depingit.

Ceu nubibus arcus

Mille trahit uarios aduerso Sole colores. Et

Illa uiam celerans per mille coloribus arcum

Nulli mista, cito decurrit tramite uirgo. Et

Ingentemq; fuga secuit sub nubibus arcum. Et

Cū Dea se paribus per cælum sustulit alis. Et

Dixit, & in cælum paribus se sustulit alis.

Cū autem ea de re duæ reperiantur opinionēs, una, ut oculi radijs emissis

Opica.

Virgilius opices peritus.

rem aspectabilem consequantur, altera, ut speciem rei sub aspectum cadentis, cum lumine illustrata se se offert uidendam, oculis accipiamus, neutram ille uidetur necesse, cū ait.

Quantum acie possent oculi seruare sequentum. Et

Nec iam amplius ulla

Occurrit tellus.

Atqui missum facio, quod Geometria cū discitur, agitantur animi, ac uentur ingenia, percipiendi celeritas comparatur, percipitur ordo rerum collocandarum, ut priora, aut tempore, aut natura antecendant, posteriora subsequantur, omnis denique modus cognoscitur concludendi. De musica autem quis dubitauerit? Si memoria teneat ostensum esse besterna disputatione eosdem poetas, ac musicos fuisse. Vt de Lino, & Orpheo literis traditum est,

Poetica institutum esse, ut pueri ad rectè uiuendum informarentur, eademq; musicam appellatam. Atq; id esse puto, quod Timagenes ait, omnium in literis studiorum antiquissimam illam existisse, quod Architas, & Aristoxenus subiectam illi grammaticam putauerunt, & eosdem utriusque rei præceptores fuisse. Quod cū Sophron Mimorum ille scriptor testimonio Platonis luculentissimus, tum Aristophanes monet, qui musicam pertraherent, eosdem solitos esse grammaticam profiteri. Nam apud Eupolidem Prodramus et

musicam, & literas docet. Hyperbolus nihil se ex musicis scire, nisi literas, fateatur. Homerus, ut Phemio, quem, & literas, & musicam constat docuisse, tum alumni, tu discipuli officia præstaret, inter conuiuia canentem inducit. Atq; Iopas ille uirgilianus ostendit musicam cum diuinarum etiam rerum cognitione esse coniunctam. Nam ut heri declaratum est, iidem erant

non modò musici, qui & Poetæ, sed etiam nates ac sapientes. Doctrina autem, ac sapientia illa, quæ à fonte Orpheo ad Pythagoram, ac deinceps ad Platonem permanuit, mundum musica ratione constituit. Atq; cū omnis musica in uocibus, & corporis motione uersetur (utriusque enim rei aptus quidam modus requiritur;) uocem autem ratio diuidatur in numeros, & cantum; has omneis quidem partes in poetica profectò reperies. Neque enim dubitandum est numeros quidem omnibus Poetis cum musicis semper fuisse communes. Cantica uerò in Tragedia, atque etiam in Comædia prius ueteres adhibere consueuisse. Nam Iyricis, qui carmina ad liram componebant, & quorum erat canere, melicis, ex quo nomen quoque ipsi habuerunt, defuisse musicam, uel impudentis, uel imperiti sanè erit contendere. Sed per Deos immortales poeta quis fuerit, nisi numeris, pedibusque uerba rectè, & compositè astringat, uocem probè temperet in pronuntiando aptè se moueat in gestu? Non enim pars illa posita in saltando, quæ modum, quandam apposuit, mouendi corporis docet, negligenda est, non tantum, quia prodest ad compositè agendum; sed etiam, quia locupletissimi

Musica.

Homericus
Phemius.

Virgilianus
Iopas.

Salustio.

Simul incipit ipse.

Tum uero in numerum Faunosq; ferasq; uideres
Ludere.

Itaq; ex omni musica, quæ apud neteres tripartita à poetis pertractabatur, cum eam partem, quæ in corpore uersatur, Saltatores uendicassent, quæ in uocibus posita est, sibi hanc musici assumpsissent, sola carminum compositio poetis relicta est. Nec uero quod utraque illa genera se à poetica remouerunt, Poeta ab illis item recedent. Immo uero hæc ipsi, ut sua repetents dum modò Musica sibi utendum esse intelligant, ut docet Plato, non molli, non effeminata, non fracta, sed uirili, decora, & pudica, quæ Deorum, atque fortissimorum hominum laudes canebantur, quæ & ipsi fortes, ut Chiron, & Achilles, canebant. Atq; de hac disciplina quidem plura dicta sunt, quam res postulare. Non enim committendum est, ut quæ controuersa non sunt, nimia defendendi cura in dubium uocentur. De omni autem uerborum orationisq; doctrina, quid multa mihi dicenda sunt, quæ non modo, quæ Grammatici, quæ Rhetores, quæ Dialectici pertractant, sed etiam historie scribende ratio, ipsaq; poetica comprehenduntur. Nam de literis, disciplinæq; puerili quæ traduntur, quam necessaria sint Poetæ, superus caueum est demonstrare. Neq; enim ad dicendum hortandus est, qui loqui nesciat, neq; ad scribendum, qui literas nunquam didicerit. Neque sperandum est, qui rectè non possit, hunc esse poetæ scripturum. Cum autem poetarum pertractato, historiarum cognitio, uerborum interpretatio, pronuntiandi modus, ratio scribendi ad Grammaticos attineat, quibus alijs præceptoribus instituentur poetæ? Quid è historiam seu uerisimilis, aut ficta, quam fabulam uocant, si quis nescierit, num eiusmodi laudem consequatur? Nec tantum ea mihi esse uidetur, quæ pascat, ac plenius reddat poemata, sed etiam sine qua, ne possit quidem hoc esse. Nam fabulam poematis animam dicunt. Quæ autem, ut uera narrantur, nisi cognita, perspectaq; fuerint, decerit profecto materia fabularum. An mediocri Poema conficiat, qui tempora, mores, instituta, initia, incrementa urbium, conditores ipsos, res gestas, regiones, locorum descriptionem, quæcunq; de religione, de oraculis, de auspicijs, de homine, de animalibus, de stirpibus, de omni rerum natura exponuntur, ignoret? Multa ex præcis annalibus eruit Maro; quæ nisi mentem adhibeas, te fugient. Ut cum morem sacrificantium neterem ostendit.

Purpureo uelare comas adopertus amictu,

Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum

Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.

Hunc socij morem sacrorum, hunc ipse teneo,

Hac casti maneant in religione nepotes.

Quibus sanè uersibus, etiam historiam, quæ de palladio à Diomede Troia-

nis reddito ferebatur, significauit. Quam planius indicauit, cum dixit.

Tum senior Ngates, unum Tritonia Pallas

Quem docuit, multaq; insignem reddidit arte.

Nam palladium, atque sacra Mineræ Nauis, qui à Ngate illo Troiano se genus ducere uolebant, Romæ seruabant. Interdum inuit quædam memorie, tam neteris, quæ pauci animaduertant, ut

Quid loquar? aut Scyllam Nisi? & Troie Cynthius author.

Norat enim Poeta rerum antiquarum peritissimus, uetustatis præcæ monumentis proditum esse, Nisi Scyllam fluctibus obrutam in monstrum mutatam esse, ut neque nomen, neque humanam figuram amiserit; illum autem conditum esse ab Ilo Apollinis monitu, & auctoritate. Hoc loco Scortianus. O felicem hunc diem, inquit, Cossæ, quo quidem plura, uel quam nos optauimus, uel quam ipse pollicitus erat, declarat Syncerus. Nunc primum de Scylla Nisi audimus, quod de Scylla Phorci perusulgatum est. Nec de Apolline aliud nobis perspectum erat, quam eius opera, atque labore fuisse Troiam membris communitam. Quam ob rem in animum inducas uelim Syncere, te nobis eò gratius facturum, quod plura id genus explicaueris. Tum Syncerus, faciam, inquit, libenter sanè, ut morem nobis geram, si quando erit locus. Verum hæc ipsa, atque id genus sexcenta Summontius longè melius exponet. Tum Sumontius, Tu uero, inquit, perge, ut inuistiui Syncere. Neque enim boni est, neque liberalis Poetæ, quibus ipse affluit, hæc ab inope Grammatico iubere ut exigantur. At uide, inquit ille, ne crimen subeas illiberalitatis, dum inopem te facis homo locupletissimus. Verum enim ut persequar, quæ capi tenenda sunt poetæ, tum quæ longè à memoria nostra remota sunt, tum etiam, quæ nostra etate, aut non multo ante inuenta, nec tantum ea, quæ neterum historijs cõscripta reperiuntur, sed etiam quæ sermonibus, uelut per manus, tradita, quæq; quotidie aguntur. Cum saepe ille, tanquam uetera, quæ noua sunt, afferat, & posteriorum temporum consuetudinem præcis seculis tribuat, ut

Mos erat besperio in Latio.

Constat enim à Numa Rege morem illum institutum esse. Geographiam uero quis poetæ necessariam esse negauerit? cuius profecto ignari si fuissent Homer, atq; Virgilius, neque errores ille Ulyssis, neque Aeneas hic noster, neque redium in Itacham ille, neque hic navigationem in Latium, neque ille omnem ferè Græciam, neque hic Italie gentes ad bellum excitatas; ac neuter tot regiones, totq; urbeis describere potuisset. Nec uero tot rerum comparationibus poemata illi decorassent, si neque um, neque naturam cuiusque rei cognouissent. Ut enim ex tam multis hæc pauca ad rem demonstrandam afferamus, Virgilius Carthaginensium operam, laboremq; præclare expressit, cum apes quantà industria ualerent, didicisset. Troianorum inuenum furorem planè exposuit, cum quantà in prædam urbe feramur lupi, si fame

Geographia.

Homer⁹ Virgilius, geographiæ periti.

Homer⁹ Virgilius, historiae naturæ doctissimi.

Logice partem.

Grammatica

Historia.

Virgilius historiarum peritus.

exagitantur, acceperisset. Nocturnum Græcorum cum Troianis certamen dilucidè narravit; cum uentorum ex aduersis cæli regionibus flantium, quanto turbine, quàm acer ac uehemens sit confictus, optimè calleret. Contulit instantem ut patria Neoptolemum, ac cede furentem cum amne, qui ruptis aggeribus exiit, oppositasq; enicit gurgite moles. Hecubam, & filios, quæ ad aras confugerant, cum columbis, quæ tempestatem præcipientes fugiant; ad ostendendam rimiditatem Troianorum, qui discesum para bant, studiū cum formicarum diligentia, ingentem faris acervum,

Cum populant hyemis memores, testosq; reponunt.

Aeneam, qui nullis mouetur fletibus, nec noce ulla tractabilis audit, cum amosa quercu, quam

Alpini boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc

Eruere inter se certant,

Ipsa hæret scopulis, & quantum uertice ad auræ

Aetherias, tantum radice in tartara tendit.

Ad constantiam declarandam. Animi quoque ferociam cum Tigride, uolentiam cum leone, alacritatem cum equo, celeritatem rei gerendæ cum Aquila, cum accipitre, impetum cum turbine, cum Torrente. Timorem cum Caprea, cum Ceruo, insidias cum Lupo, ium obfistendi cum rupe,

Vasum, quæ prodit in aquor

Obuia uentorum furijs, expostaq; ponto,

Vim cunctam, atque animas perfert cæliq; marisq;.

Multitudinis clamorem cum auium cantu comparauit. Quàm planè ostendit, quomodo sese taurus ad pugnam parat?

Mugitus ueluti cum prima in prælia taurus

Terrificos ciet, atque in atri in cornua tentat

Arboris obnixus trunco, uentosq; lacepsit

Itibus, & spargit ad pugnam proludit arena,

Quàm placèdè exposuit audacis facti conscientia, penèq; metū in lupo?

Qui prius, quàm tela inimica sequantur,

Continuò in montes sese auis abdidit altis

Occiso pastore lupus, magnosq; inueno,

Conscius audacis facti, caudamq; remulgens

Subiecit panitentem utero, syluasq; petiuit.

De inimicitijs Aquilæ cum Dracone quam probè.

Vtq; uolans altè raptum cum salua Draconem

Fert Aquila, implicuitq; pedes, atque unguibus hæsit.

Saucius at serpens sinuosa uolamina uersat,

Arrectisq; horret squamis, & sibilat ore

Ardens insurgens, illa haud minus urget aduncò

Luctantem rostro, simul æthera uerberat alis.

De uisco quàm rectè,

Quale solet syluis brumali frigore uiscum

Fronde uirere noua, quod non sua seminat arbos,

Et croceo fetu teretes circumdare truncos.

Nec minus probè de præsentenda tempestate cæli,

Flamina prima,

Cum deprensa fremunt syluis, & cæca uolitant

Murmura uenturos nautis prodentia uentos.

Nec minus rectè de Labyrinthi inextricabili ratione,

Ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta

Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq;

Mille uis habuisse dolum, quæ signa sequenti

Falleret indepressus, & irremediabilis error.

Accedit autem ad hanc rerum cognitionem ratio dicendi; in qua historici simillimi sunt poetarum, siue rem gestam, aut consiliū rei gerendæ exponit, siue à proposito egressi ornandi causa excurrant, siue qui uel suadeat, uel deterreat, inducant; ut ad poemata scribenda, in hoc genere præsertim, in quo plurimam poeta uersatur, multum adiumenti afferant historiarū scriptores. Iam uerò qualis, quantusq; in poetica fuerit, qui Rhetorū præcepta ignoret, neq; in ea dicendi facultate excellat, quæ illi uendicant? Quis nam hæc laudem meruerit, si rectè excogitare, disponere, agere, meminisse, eloqui nescierit, si quò proponendū sit, aut narrandū, aut diuidendū, aut cõfirmandū, aut resellendū, aut perorandū, nunq; didicerit? Cum aut hæc omnia nullum aliud doctorum genus præcipienda suscipiat; nisi ab illis petantur, aliunde cognosci non possunt. An in quibus poeta sepe ac multum uersatur, siue hac arte inuasiōne, atq; in laudatione potest emineret? Nam siue his præceptis discipulare in iudicijs, in senatu, in cõcione, quæ quidè propria sunt oratoris, si q̃ scire se posse arbitretur, deuidèdus p̃fecto erit. Atq; ne putes eminerisimis authoribus ciuilem hanc disciplinam defuisse, apud Virgilium Iuppiter concilium conuocat ad Deorum discordiam tollendam obiurgando atque admonendo ad componendum fœdus hortatur. Res in disceptatione posita est, in qua tamen oratio ad obrectandum, ac maledicendum delabitur. Venus enim Troianorum suscepta causa nihil omisit, quo Iouem Aeneæ conciliaret, atque in commiserationem adduceret. Contrà in Iunonem mirificam inuidiam cõcitaret. Quid enim principio dicendi accommodatius ad benenolentiam parandam?

O pater, ò hominum, diuinumq; æterna potestas,

Namq; aliud quid sit, quod iam implorare queamus?

Omni præsidio destituta, cum se nihil aliud, quo confugiat præter Iouem habere dicat, in eo spem totam à se posita esse declarat, ut potèntiam Iunonis inuasiōnem suam miserabilem reddat. Nec tantum, ut mortis est, narrat, sed etiam, quod euidentius est; nimq; maiorem habet, in quanto discrimi-

Historica dicendi ratio.

Rhetorica.

Suasio.

Laudatio.

Virgilii cuiuslibet disciplinæ triuijs.

Disceptatio.

ne res Troiana uersetur, ostendit. Deinde petit auxilium Troianis. Accusat autē Iunonem, quae quod illis obesset, nihil praetermisisset, essetq; causa, quominus Aeneas, quae fata dabant, consequeretur. Postremo miserandū in modum perorat. Rogat enim Iouem, si Iunonis causa Troianis Latij regnū queri non potest. At, quam illi amiseram, patriam ipse restituat.

Tum regia Iuno

Acta furore graui, quid me alta silentia cogis

Rumpere, & obductum uerbis uulgare dolorem?

Vides, ut poeta personae habeat rationem, quam ubique infestam, iracundam, difficilem. Somachiosam inducit. Vides, ut illa indignationis culpam in Venerem transfert; cuius oratione, quem ipsa tegebat, coacta sit dolore uulgare. Atque statim ad obiecta confutanda irrumpt, ac si qua sunt, qua refellere non possit, paria quidē ad haec ipsa opponit. Omne belli crimen in Troianis, malorum omnium, quae illi ferebant, causam in ipsam Venerem confert. Itaque in illam ipsam offensionis tela, quam sibi esse paratam senferat, retorquet. Cum autem Rex Latinus senatum uocasset, ut de pace cum Troianis facienda decerneret. Veneris aperte, atque dilucidē omnem, quam ipse cum alijs obierat, legationem exponit, adisse Diomedem, quam ob rem eō missi essent, docuisse. Inussos esse, ut bellum in pacem conuerterent, referre, quibus responsis prudentiam, & grauitatem Diomedis effingit. Rex ipse cum iniunctis bellum sibi esse docet, nec aliunde opem expectandam esse, omni contentione certatum; nihil omissum esse, quod ad summam uirtutē attineret. Neminem apertē obiurgat, belli tamen authores principio tacite reprehendit, postea de pace componenda quid sentiat, grauitē sanē, & appositē in medium profert, ut se bellum uehementer odissēs pacem libenter amplecti palam ostendat. Rogat autem senatum, ut consulat, quod praestat, constituant. Tum Drances acerrimē Turnum impugnaturus orditur callidē oratione ad Latini sententiam accommodata. Atque dissimulans odium, quo in Turnum affectus erat; anquā pro Republica diceret, mirum in modum ab illo ipso alienare, Aeneae conciliare animos Latinorum conatur. An non in summam inuidiam Turnum adducere hoc debet?

Omnes se scire fatentur,

Quid fortuna ferat populi, sed dicere mustant.

Dei libertatem fandi, statusq; remittat,

Cuius ob aspectum infaustum, moresq; sinistros

(Dicam equidem, licet arma mihi, mortemq; minetur)

Lumina tot cecidisse ducum, totamq; uidemus

Consedisse urbem laetū.

Quam uasē illud ad offensionem augendam?

En supplex uenio, miserere tuorum.

Pone animos, & pulsus abi. Sat funera fusa

Vidimus,

Vidimus, ingentes, & desolauimus agros.

Postremo quā apta ad hoc ipsum dissimulatio illa est.

Scilicet ut Turno contingat Regia coniux;

Nos animae uiles; inhumata, infestaq; turba

Sternamur campis.

Quā etiam timiditatis Turnum insinuat, ut Aeneam multo praestantiorē esse ostendat, a quo etiam illum ait ad pugnam uocari. Contrā Turnus principio in Drancem uehementer inuebitur, quod incepte uerbis curiam cōpleret, eloquentiaq; abuteretur, quo tempore non lingua, sed manu utendum esset, ut quod sibi laudi fore sperabat, id uti uiperatione dignum agnoscat, atque tum irratione, tum conuictis illum infestatur. Quā uerō apertē confutare potest, planē refellit, nam a suspitione timoris se facile defendit. Cum aut nullam bello esse salutem, negare non possit, maledictis ad hoc illi respondit. Deprimit uires Troianas, Gentem ijs uictam appellat, atque ut aduersario fidem alimat, eius artificium patefacit, qui ut formidare crimen auerget, sibi metuendum esse a Turno finxisset, quasi ille tolleretur libertatem loquendi. Tum ad Latinum Regem conuersus ea de re, de qua statuentum erat, discipat. Ad dissuadendum, quo minus de pace decerneretur, cum mira calliditate insinuationem adhibet, nihilq; praetermittit, eorum quae animos ad bellum confirmare potuissent. Nam etiam si funditus occidissent, praestare ostendit, pro libertate mortem oppetere. Addit, & rerum humanarum uicissitudines, & fortune uarietatem, quae saepe commutatur. Diminuit opes Troianas. Ac si desint auxilia Diomedis, adesse tamen docet Mesapum, Tolemum, ac ceteros Duces, & uirtute, & scientia militari praestantes, quorum uiribus uincere potius, quā Graeci unius, qui esset a patrio regno pulsus, debuissent. Postremo se ad singulare certamen paratum offert, ut animos Latinorum ad beneuolentiam sui ad Drancem odium reuocet. Nec ferē ullū orationis genus est, quod in poeta illo desideretur, quod ipsi Rethores docent, qui saepe ab illo ipso perunt exempla. At quem ad modum iudicia traferent, Homerus, a quo & uim omnem dicendi expressam, & omnem propē causam controuersiae explicatam habemus, in clypeo describendo planē ostendit. Iam uerō Dialectica quantū conducat ad uim uerborum, ad inuentiōem ad iudiciū, ad definiēdi, ad dissendendum acutē, nemo ignorat. Sine qua bonus orator cum esse non possit, hanc in optimo poeta nunquā desideraueris. Si quis nesciat definire, is nihil sanē unquā rectē describit. At perbellē definita Inuentus mihi quidem uidetur,

Vos o quibus integer aui

Sanguis, ait, solidaeq; suo stant robore uires.

Praclare etiam definitus orator.

Tum pietate grauem, ac meritis si forte uirum quem

Conspexere, silent, arrectisq; auribus astant.

Iudicia.
Homeri la.

Dialectica.

Definitio.

Quasi dixisset poeta uirum bonum, utiq; eundem esse dicendi peritū ostenderet, addit.

Ille regit distis animos, & pectora mulcet.

Ambiguo nonnumquam eludunt, ut est apud Homerum *ἄνις*. Cūm *Ῥυσις* Cycloperum ludificatur. Illa quoq; Euripidis acutē dicta, & ex Dialecticis fontibus hausta sunt. Cūm maiorem se gloriam, ait Mors, adepturam, si iuuenes interficeret, Apollo, ut eam deiceret, comendit splendidi, ac magis amplē sepeliendam esse *Alcefidem*, si animus moriatur, quasi hōi orōi magno sit Morti magnificum, ac sumptuosum funus. Et cūm *Admetus* ita ambigē sibi mortuam coniugem narrat, ut *Hercules* aliam familiam putet occidisse.

Age uerō studia sapientie, quæ in rerum diuinarum, & humanarum cognitione uersantur, atque initio, ut sepe dictum est, poetica fuerunt, quis esse poetis necessaria negauerit? Nisi forte, ut eruditorum hominum uarietas conseruita est, ita poeticam nunc aliam esse atque olim putabit. Volendi sunt igitur libri philosophorum, qui in possessione earum rerum esse planē uidentur, atque ab us petenda sunt, quæ de rerum causis, de primordiis, de tempore, de motione, de ortu, de obitu, de origine animorum, de calo, de natura diuina, de prudentia pertractantur, ut si quando opus fuerit, non ut à philosophis doctoribus, uel minuta, & attenuata, uel æquabili, ac temperata dicendatione, sed celesti quodam impetu grauius, & maiore cūm dignitate hæc à poeta explicantur. Quemadmodum illa de rerum primordiis,

Namq; canebat uti magnum per inane coacta
Semina terrarumq; animæq; marisq; fuissent,
Et liquidi simul ignis, ut his exordia primis
Omnia, & ipse tener Mundi concreuerit orbis.

Cūm ad Democriti, quem secutus est Epicurus, opinionem poeta a ille aluderet Lucretium imitatus, aut hæc,

Principio cælum, ac terras, camposq; liquentes,
Lucentemq; globum, Lunæ Titanæq; astræ,
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus
Mens agitat molem; & magno se corpore miscet.

Et quæ sequuntur de uersitate, de Mundi animo, de homine, de cæteris animantibus, ut erant à Pythagore, & à Platone ipso constituta. Nec dubitandum est, quin tenenda sit morum disciplina, cūm sepe de iusto, de recto, de bono, de amicitia, de hospitalitate, sepe de contrariis rebus dicendum sit. Nec aliud profecto genus scriptorum est, quod tam crebro, quæ attinent ad animorum perturbaciones describat. An qui mores cuiusq; ætatis effingit, qui animi motus exprimit, qui quod singulos deceat, imitatur; is quæ sit ratio morum, quæ uite, personarū discriminata, pende animi permotiones excutiat, ignorabit? Nam rectē Horatius.

Respicere exemplar uite, morumq; inbebo.

Doctum imitatore, & ueras hinc ducere uoces.

Ac ueterum poetarum libros legentibus multa passim præderet dicta occurrunt, occurrunt & exempla, quibus omnis institutio uiuendi expressa ante oculos proponitur. Iura quoque ac leges, & ciuilem omnem scientiam uir tantus, ac tam præstans tenebit. Quacunque enim de iudicijs, de penis, de præmijs apud inferos tractantur, ad hanc sanè pertinēt disciplinam, ut bonis optimam, beatissimamq; uitam; malis grauissimam supplicia comparata esse intelligamus. Cūm autem in omni Ciuitate, quæ bene, recteq; sit instituta; tria sint rerum genera, urbanum, quod in controuersijs componendis in emendandis ciuium moribus, in disceptando, in consulendo quod æquum bonumq; sit, quod utile, quod honestum, in ijs omnibus, quæ domi sunt, statuendis uersatur. Deinde bellicum, quod spectat uel ad tuendos fines, uel ad imperiū proferendum. Tum uerò rusticum, quod ad culturam agrorum questum est. Sed cūm hæc tria sint rerum genera, eorum imperitus non me hercule erit poeta. Neque enim Homerum, neque Virgilium hæc ipsa latuerunt. Nam Deorum regumq; concilia, conciones, iudicia, consulta apud illos summos auctores, nōne sunt clarissima rerum urbanarum exempla? Bella autem gerere, instruire aciem, pugnare, capere, locum, tempusq; pugnae; castra metare, cingere urbes obsidione, oppugnare, prospicere, ne rerum inopia laboretur, ne qua per insidias ab hoste clades accipiat, consulere quomodo detrimenta illi inferantur, societates mīre, auxilia comparare, in singulare certamen descendere, ducibus parere, ac cætera id genus cūm militarem scientiam attinent, in his quā praeclare illi uersantur, quis ignorat? Tertium uerò illud genus, quod uetustissimum omnium est, cūm ueterum opes in agris atque in gregibus pecorum posita essent, ab utroque per sepe attingitur, ut,

Hinc coniux Sicheus erat, ditissimus agri

Phœnicum, Et

Ditissimus agri

Qui fuit Ansonidum, & tacitis regnauit Amyclis. Et

Cui Regia parent

Armenta, & late custodia credita campi.

Treis quoque status rerum publicarum, qui ad iustitiā aequitatemq; referantur. Treis contra, qui ad iniuriā atque inuoluntatem, esse uoluerunt. Sine enim Reges, siue optimates, siue populus rem administrant, iura legesq; iurantur, secus autem, cūm aut Tyranni, aut pauci dominantur, aut turba imperat. Quas quidem Ciuitatis administrande formas poetæ cognoscendas esse cūm Virgilius, qui quidem in Latino, atque Aenea Regis personam, in Mezentio Tyranni effinxit. Tum maxime docuit Homerus; qui omnem rei publicæ rationem expressit. Nec rerum domesticarum administratio negligenda est; quā in coniugum amore, in fide uxorū erga uiros, in parum erga liberos beneuolentia, in liberorum erga parentes

Iuris sciētia.

Tria rerum genera in ciuitate bene instituta. Urbanum. Bellicum. Rusticum.

Neque Homerus, neque Virgilius horum generū ignaui.

Treis equi rei publicæ statim tres iniqui.

Nec; Homo uis, neq; Virgilius; Reipub. uariæ forma latuerunt.

Rerum diuinariū & humanarū cognitio.

Virgilius rerum diuinarum & naturalium peritissimus.

De moribus scientia.

Rei domesti-
ce admini-
stratio medi-
ci na.

Virgilius.

Homerus.

Artes posse
in terra actio-
ne.
Artemecha-
nice.

Exercitatio
corporis.

Ludi & Ho-
merici et Vir-
giliani pictu-
ra.

Ars fingendi

Pictores, sta-
tuarii, mo-
liores ab Ho-
mero excep-
ta sunt.

petate, in liberis educandis, in familia regenda, in seruatorum fidelitate, in re ipsa non modo seruanda, sed etiam augenda, hi maximi authores declarant. Iam uero uterque non esse ignorandam medendi scientiam offendit, cui a Dijs inuentam hanc esse memorat. Atque apud Virgilium quidem lapis,

Scire potestates herbarum, usumq; medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes. Et
Diēlanum Genitrix Cretæ carpit ab Ida
Puberibus caulem folijs, & flore comantem
Purpureo; non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo uolucres hesere sagittæ.

Homerus autem ita uim omnem medicine explicauit, ut ab illo autore eius artis omnia genera deducta esse uideantur. Ac ne minores quidem artes nesciende sunt, quarum omne opus & in faciendo, & in agendo positum est. Cum enim machinæ comparantur, pontibus flumina iunguntur; locatūr castroz muniantur castellas; oppida uallo, fossa, aggere cinguntur, adhibenda est architecti disciplina. Ad æqu shore certamen equitum scientiam; ad curus agitandos agitoris doctrinā adiungent. Nec sagittis configendi, nec iaculandi, siue ars, siue usus pretermittitur; quando in his quidem rebus poetæ plurimum uerfantur. De exercitatione autem corporis quid ego dicā? quam Plato non minimam partem esse uoluit eius discipline, qua iubet pueros esse informandos. Quippe quæ non tantum ad colorem, & firmitatem corporis ualet, sed etiam siue ludendum est, siue cum hoste pugnandum, ad certamen uires quā optimè afficit. Interdum uerè pugne speciem quandam habet. Sepe autem usu uenit, ut in ijs, quos illi inducunt, disciplina sit exprimenta. Quis enim non nouit, & Homericos, & Virgilianos ludos in fenebris celebrata te pectatos? Nam de pictura supernacium est docere, cum pictor ita sit finitimus poetæ, ut nihil aliud esse poeticam dicant, quā loquentem picturā, nec aliud hanc ipsam, quā poeticam tacentem. Itaque doctē Horatius,

Pictoribus, atque poetis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Pt enim lineamentis illi, atq; pigmentis, ita uerbis, numerisq; Deos ac homines effingunt, uarios mores, uariasq; actiones exponunt, loca, & regiones, urbisq; describunt, animalium formas, naturasq; exprimunt. Celi magnitudinem, lumen Solis, pulchritudinē Lunæ, siderum fulgorē, elementorum uim, et figuram, ipsam deniq; uarietatem ante oculos proponūt. Quæ uerò potius mente, quā uidentis sensu capiuntur, sub aspectum ita subiiciunt, ut planè aspectabilia esse uideantur. Atq; ea ratione pingendi, fingendiq; præbent poetæ, quæ statim artifices imitantur. Nam Zeus plurimū mēbris corporis dicitur dedisse, id amplius atq; angustius ratus, atq; ut existimāt, Homerū secutus, cui ualidissima quæq; forma etiā in feminis placet, idq; ille, cui Helenam pinxisset, declarauit. s. bidias quoq; optimus ille statuarius molitor, cui Loui Olympi-

pji simulacrum finxisset; ab hoc ipso autore se petiisse exemplum planè offendit. Ille uerò sic descripsit omnia, ut effingendi leges dicitur condidisse, quia Deorum atque hominum effigies, quales ab eo sunt traditæ, artifices, tanquā ita necesse sit, sequuntur. Interdum uel ipsa pictura describenda est, ut præclare Virgilius.

Videt Iliacas ex ordine pugnas,
Bellæq; iam fama totum uulgata per orbem,
Atridas, Priamumq; & seum ambobus Achillem.

Sed ab utroque in clypeo reperies fingendi calamidq; artem expressam.

Hæc igitur atque alia complura, quem fingimus, Poeta cognoscat. His instructis, hæc suppellectile ornatus accedat ad scribendum, nequid eorum quæ memorari, scribiq; possunt, hunc fugiat. Hoc loco cum silentium esset consecutum, tum Summontius, ita, inquit, iste cursus orationis tuæ me delectauit, ut quanquā intelligebam optare adolescentes hosce, ut præcepta scribendi potius, quā quæ essent cognoscenda explicares, illum tamen non esse impediendum interpellatione putauerim, cum haud tantum quæ tenere debeat Poeta, uerū etiam quomodo hæc eadem tractanda sint, demonstrares. Tum ille, magnum onus profectō, ac laboris propè infiniti suscepissem, inquit, si de singulis his quæ ratione dicendum sit, præcipiendum esse mihi statuissem. Nec quisquā uestrum id mihi imposuit, neq; aliquis horum id à me requirendum putauit. Nemo quidem sanè, inquit, Summontius, sed cum aliud recepisses, hoc tua tu quadam liberalitate in plerisque præstitisti. Nec à te nunc id ipsum, ut latius ueriusq; in omnibus præster, requirimus. Nam si Rhetorici doctores omnia subiiciunt oratori, nec tamen de singulis quo pacto ille dicat, sed quomodo uersetur in tribus illis generibus causarum præcipiunt, quia ceteris in rebus homini disertio putant non dresse facultatem ex hisce causis comparatam. Neque enim docent aliquid de testimonijs dicendis, neque de mandatis, aut in Senatu ab Imperatore, aut ad Imperatorem, aut ad Regem, aut ad populum aliquem à Senatu exponendis, quæ quidem res disertè agende sunt. Nec minima dicendi ornamenta desiderant oburgatio, cohortatio, consolatio, sermo, historia, sed ex artificio res istæ præcepta non querunt. Verū tamen Rhetorici doctores cum omnia oratori subiecta uelint, si de singulis quidem rebus, quemadmodum eloquenter ille agat, nihil tradunt, cur tibi non liceat rem tam amplam ac fusam illis generibus completi; quibus sanè perspectis uim eloquendi de ceteris quoque rebus assequamur? Tum Syncerus, mihi uerò, inquit, te autore Summonti nihil est, quod non liceat, sed antequā ad ea, quæ desideratis Cosse, & Scortiane descendam, ut, quod non sum pollicitus, ultro quoq; id desideram; uos admonitos uelim, res eas, quarum peritum esse, qui hanc laudem consequi cupiunt, diximus oportere, non eundem in modum à Poetis omnibus tractari. Lucetius enim de rerum natura, tanquā doctōr de materia subiecta, doctissime

Non eundem
in modum om-
nes poetæ ex-
dem tractat.

num opus confecti abunde, ac minutè plurimè confectatus. Virgilius autem, cum locus incidisset, quasi aliud ageret, elegantissimos, gravissimosq; versus edidit, paucis multa innuit, ac nihil ostentatis doctrina plurimum indicavit. *Que enim ex philosophia, aut ex quacunq; alia disciplina assumuntur, nisi fuerint suscepta, de quibus planè scribatur, aspergenda sunt dissimulatione quadam, & quidem suo loco, tanquam ex auro, ac gemmis ornamenta, quibus poema ipsi honestetur, ut non conquisita nimis diligenter ad eruditionem ostendam, sed sua sponte, etiam cum id non ageretur, oblata videantur.* Itaq; rem aliquam qui doceat, aliter eam tractaverit, quàm qui illam attingat, cum aliud scribendum receperit. Ille propria quadam facultate, hic aliena, segillatim ille, hic summatim, ille nihil omittit, hic summa quedam, eaq; per paucà complectitur, ille docet, hic monet, ille palàm explicat, hic clama significat ille attenuat, hic maiestate quadam, ille ut præceptor, hic ut Poeta. Nam Virgilius ille idem, res quidem rusticas, cum de Aenea diceret, breviter perstrinxit, cum de agrorum cultura conscriberet, latissimè pertraxit. Verum quod potissimum est, & ad poetam maxime attinet, id sanè hoc tanta ac tam præclara rerum cognitio præbeverit, ut in moribus effingendis, in omni actione, in quacunq; re describenda, quæ sint ea, quæ scribi oportet, & quæ cuique conveniant, & quemadmodum singula sint explicanda, cognoscatur. Nam probè Horatius.

Qui didicit patrie quid debeat, & quid amici,
Quo sit amore parens, quo frater amandus, & hospes,
Quod sit conscripti, quod iudicii officium, quæ
Partes in bellum missi ducis, ille profecto
Reddere persone scit convenientia cuique.

*partitio verò
tractandari
in præceptis*

Nunc que requiritur, persiciam, ac puto vos expectare, ut dicam de officiis Poetæ. Dehinc de his rebus, in quibus præcipiè ille versetur. Tum vero, ut, in quot partes tota hæc ratio distribuat, ostendam. Hæc ipsa sanè, inquit Scortianus, sed illud quoque, si videntur, in quo genere institutionis sit hæc ratio collocanda. In quo nam alio, inquit ille, quàm in Civili? Si Platoni credimus, qui, ut heri Catinicus dicebat, hæc cives à pueris iussit informari ad eam disciplinam, qua Republicam administraturi ornari debebant. Constat enim illa ex multis magnisq; rebus. Nam Tragædy Regum vita, Comædijs inferiorum continetur. Heroici verò utrumque interdum complectuntur. Sæpius tamen similes Tragicorum. Verum, ut, quæ propoita sunt, exponamus, erit Poetæ sic dicere versibus, ut doceat, ut deleat, ut moveat. Qui non ita dicit, ut hæc tria ostendi debeat, nunquam, mea quidem sententia, hoc nomine appellabitur. Neque enim iure medicum vocamus, qui non curet appositè ad sanandum, neque Imperatorem, qui non ducat exercitum aptè ad vincendum. Nam & si ille non semper curatione sanat, nec ductu juo

*In quo gene
re institutio
nis poetica.*

Officiu poetæ

hic vincit, satis tamen est nihil esse prætermisum, quo ille sanare, hic vincere deberet. Docere autem necessitatis est, deletere suavitatis, movere attinet ad vim dicendi. Nihil enim efficiet Poeta, nisi id, de quo scribit, intelligitur, quod nunquam me hercule præstabit, qui non explicet, probetq; illa ipsa, quæ sibi proposuerit ad dicendum. Nec si prodesse velit, ut rectè præceptum est, id unquam assequatur, qui nesciat docere. Eloquenti verò suavitas, quæ mirificè deleat, posita est non modò in his, quæ cum iudiciat ac lepore dicuntur, sed etiam in his, quæ eleganter, & aptè, & ornate. Excitat autem, rapitq; auditorem, qui ferur replesti quodam impetu orationis, non tantum pondere, & gravitate sententiarum impulsu, verum etiam ad ciendas in animo peremotiones vehementer concitatus. Sed quanquam hæc ita inter se connectuntur, ut sine doceat, sine flectat, optimus poeta semper oblectet. Neque enim narrat quæ sint expertia delectationis, neque in explicando inmundus est, neque sine oblectatione animum in aliquam perturbationem adducit. Nam præclare illud.

Nec satis est pulchra esse poemata, dulcia suntu.

Adeo tamen distinguuntur, ut quot sint officia poetæ totidem sint genera dicendi. Acutum in dicendo, mediocre in delectando, grave in movendo, in quo nim omnem poetæ posuerunt. Itaque acri iudicio, miraq; facultate præditus erit arbiter ille, & moderator huius dissimilitudinis tripartite, ut quid cuique non modò in sententijs, sed etiam in verbis conveniat, cognoscat. Sed de hoc, quod decorum appellant, alio loco dicendum est. Hic Traianus, & si, inquit, Syncere minime interpellandus est continens iste progressus docendi tuus, dabis tamen hanc mihi veniam, ut te rogem, quam ob rem quæ Cicero oratori, hæc eadem tu poetæ officia tribuisti? Num omnia inter eos tibi similia videntur? ego quidem sæpe audivi finitimum esse poetam oratori, ac propè parem, eundem nunquam audivi. Mibi vero, inquit ille, id sanè cum Cicerone sine dubio convenit, quod etiam si quorundam grandis, & ornata vox est oratorum, tamen in ea, quemadmodum ille ait, civi licentiam statim maiorem esse poetis faciendorum, nunquid oratorumq; verborum, tum etiam nonnullorum volapriati vocis magis, quàm rebus inferunt. Nec verò si quid est unum inter eos simile (id autem est iudicium, electioq; verborum) propterea cæterarum rerum dissimilitudo intelligi non potest. Sed multa sunt, in quibus eorum apparet similitudo, nam pleriq; eorum generibus sunt penè pares, atque in hoc quidem certè propè idem, quod ille ipse Marcus Tullius etiam fateatur, nullis ut terminis circumscribant, aut definiant utriusque ius suum, quo minus eis liceat eadem illa copia, & facultate vagari, qua velint. Ac si poetam hunc esse ponamus, qui de quacunque re, quam explicanda suscepit appositè versibus dicat, oratorem, qui soluta oratione, illud idem ef

*Poetæ prope
par oratori
non idem.*

*Similitudo
poetæ cū or
atore in quibus
apparet.*

Disfimi-
do in quo.

ficiat, quis dubitaverit tantam esse inter eos similitudinem, ut dissimile nihil aliud prope sit, quam quod poeta quidem numeris astrictior paulo est, verborum autem licentia liberiores. Sin autem utriusque facultatem ita amplam ac ferè immensam contrahere velimus, & in angustum deducere, ut orator sit, qui in foro, causisq; civilibus ita eloquatur, ut probeat, ut oblectet, ut permoveat, Poeta vero, qui in effugendis hominum moribus, & in actionibus exprimens illa eadem præstet, perspicuum planè est non eundem in modum hæc ipsa fieri ab utroque. Ille enim ipse in disceptatione tanquam in acie versatur, hic alios, qui agant inducit, ille ut proprium munus hoc obit, hic poetica quadam facultate id sibi licere proficitur, ut & Deos, & homines in conciliū vocet, in foro excitet conciones, illius dictio vera est, huius consilia. Sed complura genera sunt orationis, in quibus frequentior est poeta, quam orator, cum explicat res gestas, ut verisimile est fieri potuisse, narrando, cum obiurgat, monet, cohortatur, deterret, commendat, increpat, laudat, criminatur, rogat, iubet, ut res, locus, persona postulat. Quorum generum vel ipsi Rhetores petunt sæpius à poetis, quam ab oratoribus exempla. Multiplex autem est poetarum varietas, & sum in quoque genere, quod optimum est, reperit. Poematis enim Tragicis, Comicis, & Epicis, Melici etiam, & Dithyrambici, ac si quod aliud est, suum quodvis est diversum à reliquis, ut in Tragedia comici utriusque sit, in Comedia turpe tragicum. Oratorii vero unum genus est perfectum, gradus complures, quos quidem si quis numeret, alios grandes, aut graueis, aut copiosos, alios tenues, aut subtileis, aut breueis, alios eis interiectos, & tanquam medios putet, ut non genere differat, ut ab Accio Terentius, aut à Sophocle Menander, sed in eodem non sint pares. Itaque licet dicere Virgilium summum Heroicum, siue Epicum poetam; Terentium fortasse Comicum, Tragicum non habemus, quem optimum dicamus. Nam Pacuvius, qui summus habebatur, nihil profecto extat. Greci habent vel Sophoclem, vel, ut alijs uidetur, Euripidem. Orator autem maximus & est, & dicitur Mar. Tullius; ceteros, qui proxime ad illum accedunt, permagnos esse arbitramur. Ac nemo est orator, qui se simile esse illius nolit. At Virgilius quidem ex comicis nullus fortasse uoluisset, quod aliud esset genus. Cum autem tanta poematum varietas, totq; nomina poetarum, tum à re ipsa, que ad scribendum propolita est, tum à carmine, quo illa explicatur, originem duxerint, si ad res ipsas spectemus, quarum tria faciunt genera, atque ad eas orationem esse accommodandam putemus, consentaneum est, quot oratorum enumerant, siue genera, siue gradus, totidem poetarum esse censeamus, ut partim amplius, & graues, partim modicos, ac temperatos, partim humiles, sumissosq; nominemus. Ac tametsi hæc eadem discrimina dicendi in quoque genere agnoscimus, cum neq; omnes Tragicis inter se pares; neque omnes Comici similes; uerum alij grauioribus, alij summissioribus, temperatores alij reperiantur, tamen in hoc summo, & amplissimo genere Tragicos, in illo subtili, et attenuato Comicos licet repona-

mus,

mus, inter hos medium locum Lyrica tanquam suauiores, sed de Tragicis humiliores, quo ampliores Comicos, obtineam. Nam de Tragicis dubitandum non est, quin eorum sit uis illa uehemens, & grauitas, & copia dicendi. Comicos autem uerè atticos dixeris. Puro enim sermone loquendi consuetudinem imitantur; aspernantur omnem fucum orationis. Simplicem ornatum amplectuntur, numerum, sonumq; in carminibus fugiunt. Atque nisi uersiculos facerent, nihil haberent, quin nonnulli philosophorum, ut Plato, & Democritus, ne dicam oratores, potius poetæ uiderentur. Aspergunt etiam sales non illepidos, ac ioca minimè inuoluta, quæ in dicendo non parum ualent. Qui uerò ad hyram carmina dixerunt, suauitatis plurimum habent. Est enim quoddam insigne, & florens orationis, pictum, & expositum genus, in quo omnes uerborum, omnes sententiarum lepores illicantur. Hoc totum quemadmodum è fopsistarum fontibus ad oratores, sic ad poetas defluxit. Sed spretum à subtilibus, repulsum à grauib; in hac mediocritate confedit. Epicorum autem tres quidem sunt quasi partes, quarum in una præter uersum, ex quo nomen deditur, offendet poetæ quidem profecto nihil. Altera diuina est, & in poetica longè princeps. Tertia infima, purissimaq; est, in qua Theocritus floruit. Illos, cum alio uerbo careamus, Epicos; quod nomen generis est; Hos propriè uereq; Heroicos, Bucolicos alios appellamus, atq; bucolicos, cum à rustica simplicitate illi nunquam discedant, comicorum simillimos diceret. Epicus uerò hac modica, temperataq; elocutione tanquam eruditus doctor, ut Empedocles, & Lucretius utuntur. Nam è Philosophorum scholis tales ferè euadunt oratores. Heroici autem sunt illi, qui soli omnium in hac triplici uarietate summa cum laude uersantur. Et si enim in plerisq; ac, sæpiusimè amplius, & uehementius, & copiosius existunt, interdum tamen subtilitatem, simplicitatemq; sequuntur; neque in paucis, uel temperationem, uel suauitatem non adhibent. Nam, ut id quoque de oratore ad poetam, ex M. Tullio in hunc locum, quemadmodum et alia non pauca, transferamus, hic noster Heroicus, quem ponimus principem, grauis, acer, ardens si ad hoc unum est natus, aut in hoc solo se exercuit, aut huic generi studet uni, nec suam copiam cum illis duobus generibus temperauit, maximè est contemnendus. Ille enim summissus, quod acutè, & ueteratorè dicit, sapiens iam, medius autem, quod aut temperanter, aut tuncidè, suauis, hic uerò copiosissimus, si nihil est aliud, uix satis sanus uideri solet. Itaque ut in dictione, ita in poemate, quod omnes laudes habet, id est optimum. Hoc autem heroicum genus est, in quo quidem Homero, atq; Virgilio sanè primis tribuimus. Ex illo enim fonte omnes poematum uarietas manauit. De Tragedia quidem liquet, quæ heroicam granitatem secuta est. Comedia uerò non modò imitata est Odysseam, in qua uoluit expressum esse, id quod Comicum appellant; sed etiam ex non uno Iliadis loco exemplum sibi petiuit, quod genus est, cum Vulcanum inducit, qui claudicans dum pocula Dijs ministrabat, risum excitaret, ut certè haud

Epicorū tria
genera.

Epicū medio
eres, Heroici
summi.
Bucolici in-
fimi.
Heroicorum
laus.

Homeri Vir-
gilij, lau.

Ex Homero
Tragedia
Comædiæ.

Poetarum di-
uersa genera.

Triè genera
poetarum.

Tragicis in
summo gene-
re.

Comicis in in-
fimo Lyrici i
mediocri.

sciam, an minus uerè dictum sit, usquequaq; se Menandrum similem esse Homeri noluisse. In hoc certè illi se proximum esse optare debuisset, ut què Homericus ille Vulcanus inter superos, ipse Athenis in Theatro risum ciere potuisset. Deorum, atque hominum laudes quomodo canantur, cum Phenium, aut Demodocum canentem facit, ille idem Homerus ostendit. At in ipsa carminum uarietate uis tanta est, ut eandem rem aliter alia genera poetarum tractare uideantur. Amores enim inter imperantis Elegiaci, festiuius Comici. Miserabiles euentus immoderatus Tragici, laudes incundius Lyrici expomunt, quàm Heroici illi; qui tamen hæc omnia magis decorè, multoq; ornatiùs explicant. Cum in omni suscepta re modum quandam adhibeant, nec iniquam maiestatem ponant omnino. Illud autem ne te pretereant uelim, sic poetis esse dicendum, ut siue doceant, siue oblectent, siue moveant, hæc singula statim admiratio legentis, audientis consequatur. Nec appellandus quidem erit poeta, qui eam non excitauerit, nec satis illi erit, bene & excellenter uersibus dixisse, nisi hoc fine potiat. Contrà orator suum munus perfectè obisse uidebitur, si dixerit tam appositè, tamq; ad rem ipsam accommodatè, ut etiam si minus probauerit, debuerit tamen persuadere. Comparabit autem hæc admirabilitatem poeta, si res, quæ à se ille abhorreant, aptè, ac uersimiliter finixerit, ut sunt non pauca de *Nlysse*, ac de *Aenea* conscripta. Nam tantisper admiramur, quæ à uero sunt aliena, dum probè facta hæc esse arbitremur, ac si qua id genus admiranda uideantur, species illa admirationis euanesceat, cum primum non rectè conficta esse perspectum erit, si grandia, quæ sunt, exprefserit ea magniloquentia, ut sententiæ uim, grauitatemq; habeant, excellentia uerborum emineat, oratio splendide, ac magnificè compositam præclaram maiestate se ostendat, pedes inter se, ut res ipsa postulat, commodè nectantur, ea denique sunt uerba, illa orationis compositio, illa pedum colligatio, ut aures acri iudicio præditas impleat numerorum sonus, qui inde oriuntur, si tenuia, præstabit, ut appareant magna, ut sunt quæ de culice, de apibus, de pugna ranarum cum muribus leguntur, si de horrendis rebus nitidum, de ieiunis plenum, de perulgaris nouum fuderit carmen, si cuiusq; rei speciem, in quacunque materia uerferis, ut ipsa est, rectè effinxerit, naturam opificem rerum sapientissimam imitatus, quæ ita singula genera, ut quodq; ferebat, perfecit, ut, cum præstantius animal sit homo, quàm culex, aut apis, nihil minus in hoc procreâdo, quàm in illo eius prudentia laudetur, eoq; magis elaborandum illi est hac arte, qua pauciores, qui studiis Musarum capiuntur, comperies. Cum enim præfata illa secula tam erudita essent, tamq; audiendis assueta fabulis poetarum, ut quem plebs illorum clamore, ac plausu in Theatris esset profectura, prudenter admodum iudicaret; facilis erat fortasse hæc laudem inuenire. Quamquam Plato non ad populum, sed ad prudentiores, doctioresq; uiros ea de re censet iudicium esse deferendum, ut is quidem Poeta sit, quem illi admirentur. Ac uerè non minus poetæ, quid sit Poeta

Quomodo singula genera singuli tractent.

Admiratio facienda omnino.

Quibus admirationi pariter.

Quorum sit statuere. Admiratio digna esse poetæ.

statuere, quàm quid sit sapiens, maxime uidetur esse sapientis. Tam & si liquet non paucos reperiri, quos ita poeticos finxit, creatiq; natura, ut à magistris parum edoctos, cum Musis tamen, & cum poetis Platonica illa serie de qua quidem doctè heri Pomponius differuit, arbitrare colligatis. Quam ob rem id Poeta tanquàm peculiare, ac proprium munus tribuendum est, quo mouent admirationem, & quidem in animis eorum, qui uel natura, uel industria, uel utraque instituti de poemate probè decernere, atque sententiam ferre possint. Hoc enim eiusmodi sanè est, sine quo esse nequeat Poeta. Oratori autem non opus est, quo probetur, id laudis comparare. Nam & si Marco Tullio concedamus perfectum non esse oratorem, qui non possit audientes in admirationem adducere, illud tamen non ita est, quod in quacunque causa sit consecutus; aut si minus consequatur, ut desinat illo nomine uocari. Cum planè haud pauci laudentur, ut disertus, qui neque in foro, neque in Senatu hæc admirabilitatem inquam excitauerunt, propterea quòd ad persuadendum oratio uersimilis, & ad arbitrium auditoris accommodata, non admiratio requiratur. Quam si quis oratorum est, qui mouere possit, non sanè illorum quidem animos, quibus teretes sint aures, intelligensq; iudicium ad eam impulerit; sed populi mentem leui approbatione plaudentis, quo arbitrio utitur plerumq; & discipulatore. Atque hæc tibi satis Traiane, ad cognoscendum; an poetæ sit uersibus dicere, ut doceat, ut delectet, ut permoneat cum eorum, qui audiunt legantur, admiratione, quæ quidem eo loco dicenda erant. Cum poema quomodo sit ornandum ostenderetur. Sed erunt haud quaquàm inutilia fortasse ad percipiendâ, quæ reliqua sunt, ut deinceps explanentur. His etiam puto tibi perspectum esse, ab oratore quo differat Poeta, quòd ex alijs quoque rebus, quæ posthac explicandæ sunt, facile intellexeris. Nunc si uidetur ad id, quod institimus, redeamus. Cur non, inquit Traianus, id ipsum mihi uideatur, aut quicquid aliud magis optandum sit? Sed habeo tibi gratiæ plurimum; quòd de Poeta, quæ nunquàm aliunde accepissem, essent autem memoratu dignissima, distinctè, & copiosè, & eruditè me docuisti, ac longè plus, quòd mea causa. Nec parum mihi debet uel Cossus, uel Scortianus, uel potius omnes hi cupidissimi doctrinæ adulescentes, quòd me rogante, hæc etiam ipsis enarraueris. Hic cum adulescentes arrisissent, tum Synerus, quoniam, inquit, quæ sint officia Poetæ, ostendimus, consequens est, ut de materia loquamur, quàm qui Poeta facultatem nullis finibus circumferibunt, rem omnem esse uolunt, de qua uersibus appositè dici possit, posse autem appositè dici uersibus de quacunque re, quæ proposita sit ad dicendum. Si quis autem posuerit uim omnem Poetæ in effingendo, quod quidem sanè propriè, primumque ad illum attinet; quæ sub

Poetæ proprium munus facere admirationem.

Oratori nec opus est admirationem adducere.

Poetæ officium.

Quo Poeta differat ab oratore.

De materia poetica facit satis.

Poetae triplex
via triplex.

Triplex ratio
imitandi.
Tragica.
Comica.
Medica.

Triplex Epi-
corii generis.

In triplici
varietate om-
ne gen^{us} fore
necesse.

Poetica par-
tes.

Poetae facul-
tas in rebus,
& in verbis.

Inuentio.
Elocutio.
Dispositio.
Pronuntiatio.
Memoria.

imitationem cadunt, hæc omnia, in quibus ille versetur, subiecerit. Itaque quos agentes in lucis poeta, ut heri à Vopisco disputatum est, tribus generibus continentur. Verum enim, quia triplex est rerum materia, cum alia sint permangue, tenues alie, alie mediocres; indecorum sanè est, nisi quæ cuique eorum quos imitatur, conveniat, ratio rerum illa tribuatur. Ac possumus hunc quoque in modum tripartitam adhibere diuisionem. Nam aut Heroes, Diique effinguntur, aut nostrorum temporum homines, similesque illorum, aut Cyclopes, vel Satyri, vel reliquum omne genus ridiculum. Hominum præterea triplicem varietatem habemus. In quibus alij principem locum, alij medium, alij postremum atque infimum tenent. In singulis autem generibus hac partitione utendum est, ut inter summos illos viros; inter eos, qui in quadam mediocritate viuendi versantur; inter eos, qui in fortune temeritate ceciderunt, partim probos, partim improbos dicamus. Mores enim effingendi sunt, qui quidem inter se, omnes virtute, ac initio discrepant; actionesque exprimende, quarum tum alie felicem exitum, infelicem alie nanciscuntur, tum alias quidem admiratione dignas, irrisione alias, alias laude, vituperatione alias arbitramur. Quam ob rem cum triplex id omnino sit, quod sub imitationem cadit, triplex quoque ratio sit imitandi, necesse est. Tragica, quæ præstans personarum genus; Comica, quæ deterius exprimitur. Tertia, quæ tanquam bis interiecta, quales sunt hisce temporibus homines, effinguntur, nō dum nomen inuenit, sed per eos, qui in illa claruerunt, planè cognosci potest. Nam inter Grecos, ut Aristoteles tradit, Cleophon; ex nostris Italicus, & Lucanus in hoc genere consistunt. Neque enim non Epici, qui nudos versus conscribunt, in hac varietate versantur. Quippe Virgilius in rebus Heroicis Tragica maiestatem, in passorum moribus effingendis, Comicam quodam modo lenitatem adhibuit. Neque Melici, neque Dithyrambici ab hac triplici ratione abhorrent. Nam à Timotheo; Philoxeno; Cyclopes, & quos Pergas vocant, inducuntur. Quin ipsi etiam Tragici Satyros ad risum ciendum introducunt. Interdum Comici in tenui persona bonos mores, in mediocri malos, ut Menæder, & Aristophanes, effingunt. Nam propriè quæ sunt ridicula, imitatur. Heroici autem, quemadmodum de Homero scriptum est, nonnunquam descendunt ad Comicam secliusitatem. Itaque cognitis perfectisq; rebus; in quibus poeta versatur, viuendum est, in quo parteis poetica omnis doctrina diuidatur. Nam in quibus illa posita sit, duo planè volumus omnino esse; Poetae nimirum ipsam, & poema. Vnde ipsam, & facultatem in rebus, verbisq; ponunt, ut res ille idem, quas ipse tractat, ac verba, quibus res explicet, inuenire sciat, et collocare. Propriè autem, ut Cicero docet, in rebus inuenire, in verbis eloqui dicitur. Collocare autem, & sic communcie est, tamen ad inueniendum refertur. Vox, motus, nullus, atque omnis actio eloquendi comes est, eorumque omnium custos est Memoria. Qui uero hæc eadem partiè ac distinctè malit pertractare, in quinq; parteis distribuat, ut non secus atque oratoris, Poeta sit exco-

gitare, excogitata disponere; eloqui; meminisse; pronuntiare. Is enim rectè inuenit, qui excogitauerit non modò res uersifimiles, seu quæ fieri poterunt, ut id, quod describitur, postulauerit, sed quæ poema totum cohærent, uariisq; & pulchrum, atque iucundum efficiant, nec dissimulant inter se, neque septem materiam dedecant. Primumque enim, ut maximum uitium est uitandam. Disponet autem probè, qui res inuentas in ordinem distribuerit, eloquetur appositè, qui rebus excogitatis sententias, uerbaq; idoneas; uerbis aut numeros pedesq; accommodabit. Reliquæ due partes non ita poetæ sunt, ut actoris. Verum, & si ille nihil pronuntiaturus est, tamen & memoria ualere debet, quæ sanè est firma animi rerum, ac uerborum ad inueniendum, colloca- tionem, perceptio, & nosse quæ uocis & corporis moderatione ex rerum personæ, efficit, ac uerborum dignitate pronuncietur. Hanc facultatem poetæ ad materiam melius aptabit, qui poematis partes cognouerit. Quarum duplex est ratio. Altera enim quale sit hoc ipsum. Altera quantum ostendat. Altera naturam, formamq; poematis. Altera molem perficit. Nam quemadmodum homo corpore & animo continetur, ita ex hac partium varietate constat poema. Partes igitur, quibus tota species, formaq; poematis comprehenditur, quatuor à summis authoribus numerantur, fabula, mores, uerba, sententias; quæ spectant ad absoluti operis perfectionem. Tragici uero & Comici apparatus, cantumq; extrinsecus adiunxerunt. Cum enim, ut besterna disputatione disserit, ac doctè demonstratum est, à Vopisco, imitatoris nec, quæ sibi imitanda ipse proponat, deesse debeant; nec quibus illa imite- tur, nec quomodò totam imitationem consiciat; Poeta autem eas res, quarum compositio fabula est, & mores atq; sententias exprimat; & quidem aut sola & nuda uerborum, ac numerorum conformatione, ut Herouici aut etiam cantu, ut Tragicus consuevit, qui uti hanc imitationem ostendat, assumit ornatum quandam, & apparatus, non dubitandum est illas esse partes, quæ ad poema consiciendum attineant. Quis nam ignorat ex numeris uerbisq; uersus constare? In canticis modos adhiberi uisq; effingi actiones? Quos autè agentes inducimus, quales illi sint sensus, ac moribus declarari? (Nam his etiam quæ aguntur dicimus quodammodo affecta, & qui agunt omnes, ut cuiusq; mos est, atque animi sententia, uel optati compotes fieri uel secus, cum actiones ita cadant, & quæ accident ita ferantur, ut quisq; afficitur, ac sentit.) Apparatione tum denique opus esse, cum poema in sensu profertur? Atque harum partium fabulæ, quam diximus rerum esse consificationem; principem locum habet. Neque enim est poesis hominum imitatio, sed actionis, ac uitæ, siue ad letum illa exitum, siue ad tristem adducatur. Quandoquidem & in actione posita est felicitas; & finis, cuius causa aliquid facimus, actio quæda est. Quia uero moribus aut probè, aut secus afficitur; probiq; dicimur, improbi, faciles, seueri, mites, iracundi, pro ut cuiusq; nostrum est uel ingenium, uel institutio, actione autem uel felices euadimus, uel con-

De poemate.

Diuidendi poe-
matis duplex
ratio.

Poematis par-
tes sunt
& speciem com-
prehendentes.
Fabula.
Mores.
Verba.
Sententia.
Apparatus.
Canticum.

Fabula parti-
um possimè

tra infelices (Nam rebus omnibus agendis quod bonum, faustum, felix, fortunatumq; esset, veteres prefabantur, & ut cuique obtigisset, ita actum esse dicebant,) neque, ut mores effingamus, in actione uersamur; sed mores complectimur in agendo, consentaneum sane est res ipsas, ac fabulam poematis finem esse. Nam sine actione poesis constare non potest, sine moribus potest. Plures enim Tragedia repertæ sunt, quæ moribus uacarent, ut in Pistoribus Polygnorū quā optime affectus exprimebat. Zēsis nihil unquam in pictura effinxit, quod quidem mores attingeret. Ac tantum abest, ut poematis pars potissima non sit actio, ut si quis moratum opus confecerit, ac sententiarum, uerborumq; figuris aptissime conformarit, sine hac rerum imitatione is longè minus poete proprium munus exequatur, quā qui ceteris partibus neglectis, fabulam, rerumq; contextum probè adhibuerit. Iam uerò quæ maximè capiunt animos, oblectant, permouent, in admirationem trahunt, agnitiones, euentusq; inopinati, fabule partes dicuntur. Nec uerò qui scribunt, delectu, & apta numerosaq; compositione uerborum, atque moribus effingendis, quod absolutum, perfectumq; sit, id unquam præstare poterunt, antequā res inueniant, imentatq; perpulchrè collocarint. Nec antiquior non est fabulæ fingendæ quā componendæ orationis, morumq; exprimendorum institutio. Postquā enim rerum actiones effingi, copte essent, uerborum ornatus, imitatioq; morum accessit. Nam rudem quodam modo, & incompositam, sed puram, castamq; ut ciuili institutio postulabat, suis se ueterem poeticam putandum est, quā postiores ad compositionem, positionemq; speciem oratorie deduxerunt. Ac si quis tabellam perpulchro ilimet fūco, pigmentisq; aspergat, non perinde oblectabit, atque si albo tantummodo figuram descripserit. Qui carmen distinxerit numerorum interuallis, & quasi quibusdam insignibus dicendi, morumq; coloribus uariauerit, num gratia plus inibit, quā si rerum actionem explicauerit simplici ac pura quadam scribendi ratione? Itaque princeps, & maximā pars, ac tantū animæ poematis fabulæ ponenda est. Deinde mores, qui quale sit animi propositum, declarant. Cū enim perfectum non est, quod uel sequatur, uel fugiat is, quem inducimur loquentem, poema illud moratum non est. Tum sententiæ, quæ, quid sit, aut quid esse oporteat, aut quænam in modum quicquæ se habeat, ostendunt, siue ad docendum acutæ sint, siue ad delectandū quasi argutæ, siue ad commouendū graues. Nam earum uirtus est, uel ciuilitate, quæ in suscepto negotio consistit, uel oratorium in morem, quæ extra cum sint, rebus tantum propositis conueniunt, dicendo indicare. Deinceps uerba ipsa, quibus tam colligatis, quā solutis, quæ quisque sentit explicantur. Nam ex his quæ extrinsecus ad oblectationem assumuntur, cantus uoluptatis plurimum affert. Apparatus autem spectatio, & si uolentem delectat, artificiosus tamen caret, ac si quid habet ex arte profectum, id minime ad poetæ facultatem, sed attinet potius ad opificem spectaculorum. Nam

Tabulæ poematis finis.

Rer. actio ante orationem, & morum imitationem.

Post fabulæ mores.

Deinde sententia.

Tum uerba. Postremo canticus & apparatus.

poësis extra scenam, ac sine Histrionum opera consilii. Atque hæc quidem sunt, quibus forma poematis continetur. Quæ uerò operis molem, corpusq; quasi membra conficiant, & quantum sit hoc, planè declarent, quæq; partes orationis poetica dici possint, in omni genere duæ omnino sunt, principii, & narratio. Nam uarietates cū sint poematum permultæ, si in quot singulæ partes diuidantur, enumeres, complurcs sanè atque multiplices illas deprehendes. Ex alijs enim tanquā membris comædia, ex alijs Tragedia, ex alijs alia poemata componuntur, de quibus sigillatim dicendum est; cū singula genera describuntur. Principium autem esse uolunt, quo animi auditorum ad ea, quæ dicenda sunt, comparantur. Idq; erit, si beneuoli, dociles, attenti illi ipsi reddentur. Quas quidem res quomodo conficere oporteat, Rhetorici doctores planissime docent. Sed docilem facit Poeta, cū ea, quæ tractanda sunt, breuiter ac dilucide proponit, quod raro exordijs, partitione plerumque præstat orator. Attentionem excitat cū ea, quæ disposita sunt, magna, noua, admirabilia uidentur, cū ad omnes, aut ad multos, aut ad homines illustres, aut ad Deos immortales, aut ad aliquam ciuitatem, aut ad aliquam gentem, aut ad aliquam nationem referuntur. Virgilius enim demonstrat, sibi dicendum esse de uiro magno, & de his, quæ ille passus est.

Dum conderet urbem,

Inferretq; Deos Latio, genus inde Latinum,

Albaniq; patres, atque altæ mania Romæ.

Itaque de summo Heroe res permagnas, dignasq; admiratione, & quæ ad Deos, ad nomen Latinum, ad duas amplissimas, clarissimasq; urbes Romanæ, atque Albani pertinerent, sibi exponendas esse ostendit. Quibus etiam uerbis cur materiam hanc suscepit, rationem subicere, quo probabiliorem eā faciat, uidetur. Beneuolentiam uerò captat a sua, ab aduersariorum, ab auditorum persona, ab ipsa re suscipere. A sua, ut Terentius in prologo, cū de factis officijs suis sine arrogantiâ dicit. Crimina illata, & minus honestas suspiciones iniectas diluit, quæ acciderunt incommoda; quæque instant difficultates, proferit, precem, obsecrationemq; addit. Virgilius quoque personam suam in Georgicis commendat.

Tentanda uia est, qua me quoque possim

Tollere humo, uictorq; uirum uolitare per ora.

Primus ego in patriam (mecum modo uita sperferi)

Aonio rediens deducam uertice Musas,

Primus idem eas referam tibi Mantua palmas.

Ab aduersariorum persona beneuolentiam ille idem Terentius sibi coparat; cū eos, tum in odium, tum in contempnitionē adducit. Ab auditorijs, cū laudes eorū profert; eorū in fidem atque iudiciū se committit; eorū causā laborem a se susceptum esse declarat. Ab ipsis rebus; si laudando illas extollet.

Partes poematis quibus moles conficitur. Principium & narratio.

De principio

Admiranda tibi leuium spectacula rerum,
Magnanimosq; duces, torisq; ex ordine gentis
Mores, & studia, & populos, & praelia dicam.

Ex quibus etiam parat attentionem, si res alias cur non traxissent, ostendit, uel quia uulgatae sunt, uel quia negligende.

Cetera, quae uacuas tenuissent carmina mentes
Omnia iam uulgata, quis aut Eurythaea durum,
Aut illaudati nec sit Eufrydis aras?

Quibus praeterea laborem suum commendat. Principiis quoque conciliatur Deus, cum diuinam opem inuocamus, quod uetus institutum in quacumque re ordienda Plato seruandum esse iubet, atque seruare in Panegyricis orator consuevit. Idq; bisariam. Tum enim inuocant in ipsa propositione, ut Homerus, qui rogat Musam, quod ipse dicendum suscepit, ut id sibi illa dicat. Tum non ante ad Deum conueniunt, quam rem illam, de qua scribendum est, demonstrarint, ut in exordijs poematum Virgilius. Nam in narrando cures digna explicatione diuina se describendam praebet, inuocare solet pariter, atque proponere. *Ut*

Nunc age, qui reges Erato. *Et*

Pandiae nunc Heliconae Deae, cantusq; mouete.

Et quamuis hec praeccepta in toto poemate sint conseruanda (Nam & beneuolentia non modo retinenda est, cum sumus in cursu orationis, uerum etiam augenda. Docilem autem uel facilius auditorem efficitur, cum docemus; quam cum ea, quae dicenda sunt, indicamus. Attentum uero uel maxime aut excitandis mentibus, aut delectatione capiendis facere possumus. In uocandum est porro Nymen, cum sepe alias, tum maxime si res, quae sit explicanda, incidenti uel tam magna, uel ita obscura, uel tam ueteris memoriae, uel quae futura sit, ut inexplicabilem sine diuino interprete uideatur.) Sed quamuis haec praeccepta in toto poemate sint custodienda, proprium tamen ac praecipuum in exordiendo locum uendicant, quomodo in initis tam necessariae sunt, ut sine his illa uim ullam habere non possint. Virtutes autem principiorum sunt, ut doceant, delectent, alliciant, etiam impellant, quae uis trahitur, tum ex ijs locis, qui ad motus animorum consiciendos inueniunt in actio ne suscepta, tum ex ijs, qui spectant ad affectus illos, de quibus Rhetores monent, indicandos. Hanc tamen copiam in exordio totam explicari non oportebit. Sed tantum, ut auditorum animi leuiter incitentur. Deinde ut sint plana, atque dilucida. Nisi enim quae proponimus, quam primum intelligantur, non assequimur id, cuius causa exordij ratio dicitur instituta. Itaq; fugiendum est, ne quid audacius translaturum, ne quid obsoletum, ne quid uel poetica licentia sumpsimus in principio deprehendatur, ne circumducta oratio, ne studiosius, quam oportet, elaborata uideatur, ne uerbis uinna promittat. Custodit enim tunc recens nos audientium intentio. Nec dum recepti sumus, ut illa

uti

uti possimus libertate, quae conciliatis animis, & iam calentibus ferri licentius solet; praesertim cum eo non deuenerimus, ubi naturalis quaedam ubertas licentiam notari circumsuso nitore non patitur. Quam aperte, & quanta cum dignitate, quae sit dicturus ille demonstrat.

Arma, uirumq; cano, Troie qui primus ab oris
Italiam fato profugus, Lauiadaq; uenit
Littora.

Quam apte motus quosdam in animo his excitat, ut inueniamus
Multum ille, & torris iactatus, & alto
Vi superum, seu memorem Iunonis ob iram.

Quibus praeterea delectat, allicit auditorem, etiam cum uirum tanta pietate insignem Iunonis ira tor labores terra marisq; pertulisse; immo uel tam
Dum conderet urbem,
Inferretq; Deos Latio;

Declarat. *Ut* autem exordijs non polliceamur, quae specie praesent ijs, quae finis tractaturi; uerum de hinc multo maiora, quam quae promittimus, prosequamur; Homerus, & Virgilius sunt plane documento, Horatius etiam praecipit.

Nec sic incipies, ut scripser Cyclicus olim,
Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.
Quid dignum feret hic tanto promissor hiatus?

Parturient montes, nascetur ridiculus mus.
Quanto reclus hic, qui nil molitur inepti.
Dic mihi Musa uirum, capta post tempora Troie;

Qui mores hominum multorum uidit, & urbes.
Non sumum ex fulgore; sed ex fumo dare lucem
Cogitat, ut speciosa dehinc miracula promat,
Amphipatem, Scyllamq; & cum Cyclope Charybdim.

Modus quoque ille est adhibendus in ordiendo, ne longius, quam res postulet, seramur, quem in primis Auctores eminetissimi tenentur. Cum primum enim quae sunt dicenda, proposuerint; quae proposita sunt, exponunt. Ac breuitatis ita seruatissimi fuit Homerus, ut pariter inuocet, cum proponit. Virgilius autem perspicuitatis causa distinet, ut dictum est, ac breuiter haec eadem praestat. Sunt tamen qui digrediantur, aut in laudes illorum, quibus poemata dicantur, aut in dubitationem rerum dicendarum, ex quibus eligant, quae dicant. *Utrumq;* quidem Papinius facit, quod non adeo probatur, ut hoc imitari debeat. Virgilius autem cum auxilium Deorum in Georgicis imploraret, agrestia numina, quae multa sunt, inuocando; laudando; Augustum, quem sibi benivolum fieri uolebat, uisus est exordium Latius protulisse. Euripides uero in prologis cum repetat, quae antecesserunt, ut aditus sit fabulae, potius narrare, quam rem proponere uidetur, quae tamen expositione, quae suscep-

Quae seruanda
in ordiendo.

Cur propositis
innotat Ho-
merus.

Cur Virgilius
has partes
distinguit.

Digressio in
ordiendo non
probatur.

P

Virtutes pri-
cipiorum.

rie effingenda, declaret, sed in ipsa narratione multa interdum etiam principii uice funguntur, maximeq; cum rem aggredimur, in qua numen diuinum est inuocandum. *Vt*,

Nunc age qui Reges Erato, quae tempora rerum;

Quis Latio antiquo fuerit status. Et

Pandite nunc Heliconae Deae, cantusq; mouete

Qui bello exciti Reges.

Nonnunquam in exordio totius operis; cum ea, quae partitae, ac distinctae proposituerunt, suo singula libro tractaturi essent, suum cuique principium libro Epici tribuerunt, ut in Georgicis ille idem Maro, quem saepe appello. Quia uero tum oratores, tum qui in foro, uel in Senatu disceptent, non semel inducuntur; seruanda sunt in ordiendi oratione, quae Rhetorici doctores precipiunt. Multa enim illi ea de re, quae superuacuum est in hunc locum transferre; praecipua tradiderunt. Quod autem demceps sequitur, narratio uocatur; quae dicitur esse rerum gestarum, aut potius ut gestarum expositio. Num genus est, quo ipsa fabula, seu res omnis ad dicendum proposita, explicatur. Alterum in quo digressio aliqua extra fabulam, aut amplificationis, aut similitudinis, aut delectationis non aliene ab actione illa, quae, ut exprimitur, suscepta est, aut criminationis causa interijciuntur. Homerus enim delectandi gratia saepe fabellas interponit. Virgilius autem cum esset Paeon criminaturus; quomodo Amor is in nimia delecta Dido sibi necem cōsciuerit, exponit. Interdum etiam quae proposita res est, uel ut latius patefiat, uel ut exornetur, tum quae antecesserant, tum ea, quae erant secutura, annectunt. Excurrunt praeterea non semel in laudationes, in descriptiones, in expositi onem rerum uariarum, ut cum Augustus à Virgilio laudatur cum describitur Clypeus, cum Hercules saera narratur, cum quedam ex philosophia de promuntur. Ac si modum narrandi confideremus, triplicem ponemus narrationem. Una est simplex, ut heri Gauricus dicebat, quia Diuhyram bica, Lyriceiq; utuntur, cum ipse Poeta sic loquitur, ut personam cuiusquam non sumat. Altera est quedam imitatio, quae & Tragicorum, & Comicorum est. Cum personam Poeta ponit nam, induit uero alienam. Tertia est utroque modo coniuncta. In qua Heroici uersantur, cum partim per se ipsi; partim per eosdem illos quidem, quos loquentes inducunt, exponunt. Sin autem ad ea, quae narrantur, spectemus, multiplicem narrandi uarietate deprehendimus. Narratur enim, cum describuntur personae, causae, loca, tempora, actiones, perturbationes animorum, modus, instrumentum. Describitur persona in hunc modum.

Nisus erat porae custos acerrimus armis

Hyrtacides, comitem Aeneae quem miserat Ida

Venatrix iaculo celerem, leuibusq; sagittis.

Et insula comes Euryalus, quo pulchrior alter

Non fuit Aeneadum; Troianae nec induit arma,

Ora puer prima signis intonsa iuuenta.

In qua de descriptione nonnulla, quae personam sequuntur, perspicui possunt. Multa alia etiam reperies, quibus uel forma, uel mores, uel actio, uel fortuna, uel genus exprimitur personae. Expositio causarum est.

Vrsus antiqua fuit, Tyrii tenere coloni

Dixerat enim

Musa mihi causas memora.

Qua expositione etiam locus describitur. Sed priuatim ac prius sepe alias, ut,

Est in secessu longo locus, insula portum

Efficit obiectu laterum. Et

Est in conspectu Tenedos notissima fama

Insula.

Temporis autem descriptio est.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus egris

Incipit, & dono diuini gratissima serpit. Et

Perè nouo gelidus canis cum montibus humor.

Liquitur, & Z. phyro putris se gleba resoluit. Et

Tertia dum Latio regnantem uiderit aetas.

Terniq; transierint Rutulis hyberna subastis.

Actionum explicatio sepius in legentibus occurrit, *Vt*

Ad manus interea muris troiana propinquat,

Hetruscig; Duces, equitumq; exercitus omnis

Compositi numero in turmis, fremitu equore toto

Insultans pompes, & praestis pugnat habenis,

Huc obuersus, & huc. tum late ferreus hastis

Horret ager, campiq; armis sublimibus ardent.

Nec non Messapus contra, celeresq; Latini,

Et cum fratre Coras, & Virginis ala Camille

Aduersi campo apparent.

Et quae sequuntur. Exprimunt animi affectus, siue, qua ille perturbatur, causa explicetur, *Vt*,

Pheretרו Pallanta reposto

Procubuit super, atque hebet lachrimansq; gemensq;.

Et uia uix tandem uolaxata dolore est. Et

Sic cursum in medios rapidus dedit, & fluat ingens

Imo in corde pudor, mixtoq; infamia luctu.

Et furis agitatus amor, & conscia virtus.

Sine actio plena miserationis aut, quae animu permoveat, exponatur, *Vt*

Terra subleuat ipsum

Sanguine turpantem compios de more capillos. Et

Atque hic Priamidem laniatum corpore toto

De narratio
ne.
Narrandi
genera.

Triplex nar
rati modus.
Simplex.
Imitatio.
Mista nar
ratio.

Multiplex
ratio narra
di rebus sum
pta.
Personae de
scrip.

Temporis.

Actionum ex
plicatio.

Affectus ex
primuntur.

Deiphobum uidit, lacerum crudeliter oras;
Ora, manusq; ambas, populatq; tempora, raptis
Auribus, & truncas inhoneste nubere nares.

Modi narra-
tio.

Modus autem, qui apud Poetas, aut actionis est, aut perturbationis, aut
habitus cuiusdam, fingitur, cum quemadmodum quicq; sit actum, aut acci-
derit, aut se habeat, enarratur ut.

Interea Reges, ingenti mole Latini

Quadrifido nebitur curru, cui tempora circum,

Auratis bis sex radij fulgentia cingunt

Solis aut specimen, bigis u. Turnus in albis

Bina manu lato crispans fastidia ferro.

Hinc pater Aeneas Romana stirpis origo

Sidereo flagrans clypeo, & celestibus armis;

Et iuxta Aesciani, magnae spes altera Romae,

Procedunt castris.

Narratur enim quomodo Reges ad faciendum sedes prodierint. Ad hoc
idem factus uiolandum quem modum adhibuerit Inturna, sic declaratur;

In medias acies formam affimulata Camerti,

Cui genus à proavis ingens, clarumq; paternae

Nomen erat uirtutis, & ipse acerrimus armis

In medias dat sese acies haud nescia rerum;

Rumoresq; ferit uarios, ac talia satur.

Illud autem non sine animi permotione describitur.

Validum namq; exigit ens em

Per medium Aeneas iuuenem; totumq; recondit.

Transijt & parmam mucro leuia arma minacis.

Et tunicam, molli mater quam neuerat auro

Impleuitq; sinum sanguis, tum uita per auras

Concessit moesta ad manes, corpusq; reliquit.

Instrumenti
descriptio.

Instrumenti uero descriptio perspicui planè potest, cum arma, aut clypeus,
aut ens, aut hasta, aut equus Troianus, aut quodcumque id genus quale, quā-
tūm sit, explicatur. Vt uirtus praeterea poeta simplici quodam, ac nudo ge-
nere narrandi. Tum uero imaginem quandam, aut similitudinem, aut com-
parationem adiungunt.

Narratio nu-
da cum ima-
gine.

Nam imago illa est

Restitit Aeneas, claraq; in luce resulsit

Os, humerosq; Deo similis.

Dixerat, & tenues fugit, ceu fumus, in auras.

Comparatio, quo rerum similitum collationem habet

Ac ueluti magno in populo, cum sepe cohorta est

Seditio; saeuq; animis ignobile vulgus,

Cum simili-
tudine.

Cum compa-
ratione.

Iamq; facès, & saxa uolant, furor arma ministrat.

Tum pietate grauem, ac meritis, si forte uirum quem

Conspexere, silent, arreptisq; auribus astant,

Ille regis dictis animos, & pectora mulcet.

Sic cinctus pelagi cecidit fragor, aequora postquam

Prospiciens gentor, caeloq; inuictus aperto

Flectit equos, curruq; uolans dat lora secundo.

Sed comparationis multa, ac uaria genera esse compertum est, de quibus
alio loco fortasse aptius, uberiorq; dicetur. Itaque omnis narratio dici potest
uel in negotijs, uel in personis uersari, aut in his, quae negotijs tribuuntur. Per-
sonis quidem attribuunt nomen, naturam, uictum, fortunam, habitum, affe-
ctionem, studia, consilia, facta, casus, orationes. Negotijs autem quae sunt at-
tributa, partim dicunt esse cum ipso negotio coniuncta, & quasi affixa, par-
tim in ipsa negotij gestione considerari, partim esse negotio adiuncta, par-
tim, quae gestum negotium consequuntur. De quibus cum multa singillatim
& disserant, & precipiant Rhetores, supernacum est illa eadem hoc loco
repetere, sed fortasse inutile non erit, ostendere quaedam loca, quibus expli-
cata haec deprehendas.

Narratio in
quibus uerse
tur.

Nam ad nomen explicandum haec pertinent.

Sum pius Aeneas. Et

Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt.

Ad naturam, ac etiam ad nomen.

Ab Ioue principium generis. Ioue Dardana pubes

Gaudet awo. Rex ipse Iouis de gente suprema.

Troius Aeneas tua nos ad limina misit.

Sed ad naturam quoque sexus, etasq; & corporis atque animi tum
bona, tum mala attinent. Ad uictum.

Horrida precipue cui gens, affuctaq; multo

Venatu nemorum duris equicola glebis

Armata terram exerceat; semperq; recentes

Consectare iuuat praedas, & uiuere raptis.

Rex arua Latiniq; & urbes

Iam senior longa placidas in pace regebat.

Ad habitum

Quo iustior alter

Nec pietate fuit, nec bello maior & armis. Et

Inlissimus unus

Qui fuit in Teucrijs, & seruantissimus equi.

Ad affectionem eam, quae corporis est commutatio.

Pelias & uulnere tardus Vlyssi. Et

Quanquam tardante sagitta,

Interdum genua impediunt, cursumq; recusant.

Nominis ex-
plicatio.

Natura.

Pictus.

Fortuna.

Habitus.

Affectionis
corporis.

Perturbationis animi.

Ad eam perturbationem, quae animi est, nonnulla ex his, quae supra sunt memorata, referuntur. Ad studia.

Studiorum.

Studijs aspernari belli. Et Non illa colo, calathibus Menerue Femineas assueta manus; sed praelia uirgo Dura pati; cursuq; pedum praeventere uentos. Et Scire potestates herbarum, usumq; medendi Maluit, & mutus agere inglorius artes. Ad consilia. Nunc adeo quae sit dubia sententia menti, Expedit, & paucis (animos adhibete) docebo.

Consiliorum.

Sequitur enim expositio consilij, quo rex admonet pacem cum Troianis esse habendam. Facta autem, & casus, & orationes exponi sepius, quis ignorat? In hoc enim uersatur Poeta, ut quid quisque fecerit, quid dixit, quid acciderit, declaret. Atque res quidē personis attributa, tum maxime erunt considerande, cum dicendum erit, quomodo, quae deccant, accommodentur. Quae uerò negotijs attribuantur, locus, tempus, modus, facultas, affectus, consuetudo, atque alia permixta, ex his, quae dicta sunt, facile perspicere potest, quomodo exponantur. Narrari porro solent non tantum ea, quae gesta sunt, aut quae geri potuerunt, sed etiā futura; ut cum oracula produntur, cum effinguntur in Clypeo res gestae Romanorum, cum Anchises, qui ex Aenea genus ducturi essent, enarrat. Quae ueteris memoriae sunt, aliae, longaeq; interdum repetuntur, Vt,

Narratio suarum rerum.

Rex arua Latinus, & urbeis
Iam senior longa placidas in pace regebat.
Hinc Fauno & Nympha genitum Laurente Marica
Accipimus.

Narratio virtutis.

Virtutes autem narrandi breuitatem, perspicuitatem, & ueri similitudinem esse uoluerunt. Sed breuitatem non omnes probant. Aristoteles etiā irridet. Nam brevis esse laboro, obscurus fio, quod, ut saepissimum uerbum est, utiq; fugiendum, non tantum quod perspicui, quodq; probabile est, breuitas tollit. sed etiā quae in narrando adhibenda erit, orationis incunditatem. Verum enim qui haec praecepta tradiderunt, breuiter narrari dicunt, si unde necesse est, initium sumetur, neque ab ultimo repetetur; neque longius, quam opus est, in narrando procedetur; Nec plus uerborum erit, q̄ oportet. Poeta uerò, & si plurimum longa uitur narratione, interdum tamen adhibet concisam hoc modo.

Protinus aedrias Phaeacum abscondimus arces;
Littoraq; Epiri legimus, portuq; subimus
Chaoio, & celsam Butroti ascendimus urbem.

Quod narrandi genus ualet celeritate orationis ad animū auditoris confirmandum, & quod instituit, nonnumquam facilius assequitur. Dilucide autem atque perspicue narrabit, qui singula, ut rebus, personis, temporibus, locis, cau-

sis distincta sunt, ita planē exponet. Ac ne quid perturbate, ne quid contorredicat, considerabit; nec non quae sunt de breuitate praecepta, seruabit. Nam longitudine, persepe fit, ut res parū intelligatur. Ac uerbis usitatis proprijsq; utitur, quod quidem praeceptum; quanq̄ uerborum licentia solutior poeta est, q̄ orator; Virgilius tamen & Homerus mirifice tuerentur. Nobis autē propria illa erunt, & usitata, quae & usi, & autoritate summorum poetarū probantur. Probabilis uerò narratio est, si personis, si temporibus, si locis, si causis ea, quae narrabuntur, consentient, si ut geri potuerunt, si ut necesse aut omnino uerisimile fuit, dici uidebuntur. Sunt enim plurima, ut uerē ait Quintilianus, uera illa quidem, sed parū credibilia, sicut falsa frequenter uerisimilia. Quare non minus laborandū est, ut auditor, quae uera dicimus, q̄ quae fingimus, probet & admiretur. Addit M. Tullius suauitatem in narrando adhibendam esse; quae, ut ille ait, habet admirationes, expectationes, exitus motus, interpositos motus animorum, colloquia personarum, mores, iracundias, dolores, metus, letitias, cupiditates. Quia in hac maxime poeta est, eam praecipue puto esse in narrandi uirtutibus collocandam. Adiciunt & alias partes, qui praeterq̄, quod apertam, & breuem, & credibilem, uolunt quoque narrationem esse euidentē, moratam, magnificam, & cum dignitate ornata. Sed ornata cum dignitate, atque morata suauis est. Quae uerò euident, eadem plana est & perspicua. Magnificē autem non omnia sunt exponenda. Nam & Tragicorum propria est, & Heroicorum magnificentia dicendi. Atque haec omnia praecepta seruanda sunt cum in tota illa narratione, quam poematis partem esse ostendimus; tum in omni, de qua dictum est, uarietate narrandi. Nec uerò pretereundum est, quod principio, ut solent oratores, expositionē illam poetae subiiciunt, quae fons dicitur esse omnis reliquae orationis. Quem enim aditum ad fabulam dedit exordium, haec patefacit, & quidem cum eo coniungitur potius, quam cum altera poematis parte, quam narrationem appellamus. Enim uero quemadmodum ex Rhetorica narratione, quod est in disceptatione, cognoscitur, ita ex hac poetica, cum in fabula est, intelligitur. Aut enim causas exponunt; ut Homerus, cum quassisset quae Deorū Achilles cum Agamemnone contentione excitasset, respondissetq; Apollinem Authorem fuisse, exposuit quam ob rem inter eos discordia concitata esset. Atque Virgilius, cum inuocasset.

Musa mihi causas memora.

Subiicit earum expositionem, quae est.

Urbs antiqua fuit.

Aut res, quae antea ceciderunt, cum ex ijs reliqua demanet narratio, ut ille idem Homerus in Odyssa. Ceterae autē orationis partes in quibus orator ipse uersatur, tenenda sunt etiā poeta, ut cum opus fuerit, partiri sciat, de quibus dicendum est, quae in partitione proposita sunt, confirmare; obiecta refellere; concludere denique ac perorare. Nec tantum eo quod qui orant, inducit,

Quae narratio fons reliquae narrationis uniuersae.

Poeta sciat partiri, confirmare, obiecta refellere, concludere.

Sed etiam quoniam colloquia personarum, quæ nonnunquam his partibus utuntur, effingit. Verum ille partitionem adhibet tum in exordiis, tum in narratione, antequam exponat. Partitur enim Virgilius in Georgicorum principio, cum proponit, quæ sit tractaturus.

Partitionis
exempla.

Quid faciat letas segetes, quo fidere terram
Vertere, Meccenas, ulmisq; adiungere vites
Conueniat, quæ cura bouum, quis cultus habendo
Sit pecori, atque opibus quanta experientia parcis,
Hinc canere incipiam.

Ita quot res in partitione proposuit, totidem exequitur, atque eo quidem ordine, quo fuerant proposita. In narrando Dido inducitur rogans, quæ velit ab Aenea cognoscere.

Immo age, & à prima dic hospes origine nobis
Insidias, inquit, Danaum, casusq; tuorum,
Erroresq; tuos.

Nec secus ac illa rogans partita est, hic narrat, primum insidias Grecorum.

Fracti bello, fatissq; repulsi
Ductores Danaum, tot iam labentibus armis
Instar montis equum diuina Palladis arte
Aedificat. Deinde suorum casus
Inuadunt urbem, somno, uiuog; sepultam.

Post hæc suos errores. Id quod extremum positum erat in partitione, postremo dicit.

Postquam res Asiæ, & quæ sequuntur. His dictis summa omnium attentione, cum silentium esset consecutum, tum Symonius. Videris, inquit, Syncere cum de principis dices, ac de narratione, narrandi uirtutes omnes adhibuisse. Nam breuiter & probabiliter & aperte, nec sine iuauitate, ut cetera soles, & ordiendi præcepta omnia tradidisti. Quia uero in poetæ uim & poemæ partius es poetica doctrinâ, in quibus autem uis illa uertatur, & poemæ quot partes habeat, ostendisti, reliqui est, ut doceas quænam modum poetæ facultas in poemate fingendo uersetur. Ego uero, inquit Symonius, & si animo hoc ipsum agitaui, optabam tamen, ut aliquis neſtrian hoc me onere lenaret. Nunc quoniam iubes, ut hoc etiam obeam munus, morem tibi geram. Cum enim poetæ uis maxima sit inuentio, hanc in utraq; illa partium poematis ratione, de qua dictum est, operæ precium est considerare. Ac primum uidendum uobis est, qui ad hanc laudem aspiratis. Adoleſcentes, quod genus id sit, quod describendum suscepitis. Nam rerum genera multa sunt, honestum, humile, turpe, anceps, admirabile, obſcurum. Si præclarum, honestumq; fuerit genus, quod quidem Heroci pertrahant, cum per se sibi ipsum auditores conciliet, satis erit in exordio cum planè ac breuiter res ipsa, ut diximus, proponetur, tam & si beneuolentiæ partibus uti quoque potestis,

Quem in mo
dis poetæ uis
in poemate
uertatur.

Quod genus
sit quod susci
pitur, conside
retur.

Quale sit ex
ordium in ge
nere honesto.

potestis, ut id quod est, augeatur. Sin humile, quod negligi solet, contemptio
nis tollens causa, erit necesse attentionem compareis, ut cum de apibus di
cturus esset Virgilius, de Ranarum cum Muribus pugna Homerus, Sin obſcu
rum, quod cogniti perdifficile est, docilem auditorem efficiatis oportebit, ut
qui de rebus diuinis, aut de rerum natura scribunt. Cum autem præter illo
rum opinionem erit, qui audituri sunt, idq; à quo alienati sint animi eorum,
quod admirabile dicitur, ac turpe interdum est, insinuatione utendum erit, ut
clàm auditoris mentem subeatis. Hoc genus est, si coniciatis turrim laudatum
iactabitis. Omnes enim utriusque imperatores inuisti, tantum abest, ut per se aliqua ni
ruperatio probetur. Itaque Satyrici reprehensores mira arte se ad reprehen
dendum insinuant. In ancipiti autem rerum genere, quod esse dicunt & bo
nestatis & turpitudinis particeps, beneuolentia captanda est, ut lateat, quod
turpe est, quod honestum, appareat. In hoc dices, Comicos nescari, qui hone
statis causa quæ turpia sunt se uideri uolunt pertrahere. Quin etiam Tragi
cos cum in hoc ancipiti, tum in illo admirabili deprehendes. Quam ob rem de
lectatione offensionem uitant, ac tanto studio incumbunt, ut ab re illa, quæ
præter opinionem est, ac nescari uidetur ne ab alienati sint auditores, ut tur
pitudine omni, aut prorsus remota, aut penitus abdita, cum rem totam, &
admiratione dignam, & miseratione, atque terribilem esse ostendant, mirum
in modum illos capiunt, & impellant. Qui uero probè fuerit exorsus, ei u. he
menter conandum est, ut rectè narret. Id profectò conuenit, si & præcepta nar
randi seruauerit, & quæ ad formam poematis attinent, præclare adhibuerit.
Sex enim, ut ostendimus, hæc esse dicunt. Fabulam, mores, sententias, uer
ba, cantum, spectationem. Quorum quatuor cum ad poetæ doctrinam
pertineant, (nam cantus, & spectacula ex aliena facultate assumuntur.)
Quid earum rerum quæq; sit, & quemadmodum debeat tractari, ac de sin
gulis quæ teneri oporteat, cognoscendum est. Igitur fabulam rectè finxerit,
qui probè imitabitur totam actionem quandam atque perfectam, cuius sit
aliqua magnitudo. Nam totum quiddam, quod magnitudine careat, reperies.
Totum uero ac absolutum id est, quod principium, & medium, atque finem
habet. Principium illud esse dicunt, quod cum necesse sit ut antecedat, reli
qua nata sunt, quæ consequantur. Contrà si finis extremum quiddam est; quo
cum posterius nihil esse debeat; ipsam tamen ant necesse est, aut plerumque
sit, ut alia subsequatur. Medium uero est, quod hæc antegreditur, illis succed
dit. Quam ob rem nec temere unde libeat exordium est, nec temere ubi
libeat concludendum. Sed, quas diximus partes in actione absoluta adhibe
ri oportet. Cum enim perfectum sit nihil, quod neque ex quibus constat, com
posita atque ordinata hæc habeat; neque forme dignitate quadam excel
lat, nihilq; sit pulchrum, quod uel ordine careat, uel magnitudine. (Nam ma
gnitudo atque ordo sunt, in quibus posita est pulchritudo.) Non dubitandum
est, in fabula utrinque requiri. Sed in magnitudine modus quidam adhiben

In humil.

In obſcuro.

In admirabi
li obſcuro.

In ancipiti.

U. rectè in
narrando poe
ta uersetur.

Quomodo sex
illa partes
poematis for
mam compo
nentes tra
dentur.
De fabula.

Quanta, &
quam longa
fabula.

dus est. Neque enim exiguum, neque pernamquam animal pulchrum sanè erit, cum ita sensum fugiat tempus, quo quidem oculis id, quod paruum est, perspicitur; ut sub aspectum nec distinctè nec partiè sed confusè hoc idem iubeat. Quid autem est ingens ac vastum; huius profectò abest species illa aspectabilis; quæ possit una ac pariter tota aspici, nec ita uidentis sensu comprehenditur, ut tota simul prorsus inquiri in aut non inhercat. An si Titium, per tota nouem citi ingera corpus porrigitur, aspicias; non ante quam conspecta sit tota, eius forma non modo ex oculis, uerum etiam ex animo elabatur. Quapropter quemadmodum uel animalium, uel quorumvis corporum eam magnitudinem esse decet, quæ facillè possit oculis comprehendi, ita fabulam dicimus tam longam esse oportere, ut in mente, uel auditorum uel eorum qui legunt, insideat, ac sine labore memoria reperatur. Quanta uerò sit hæc longitudo, inspectaculis quidem, et in Theatro non est artis poetice desinere. Si enim in certamen descenderent Poetæ, quod perhibent olim factum esse, ut orationes in iudiciis cum disceptarent, dicere solebant, ad Clepsidram uenire ueritas pronuntiaret. Si quis autem ad rei naturam spectauerit, ut eo fabulam cognouerit esse pulchriorem, quo longius illam protulerit, modo ne fines illos, ut diximus, prætergrediatur, quibus et quod pulchrum est, et quod amari capi potest, continetur; sic et usque præstiterit esse bene prouehenda, quod perducta tota pariter sit in aperto. Ac planè atque omnino certos ei magnitudinis fines prehenerit, si constituerit non ultra esse producendam, quam ubi rerum, quæ pro ut uel consentaneum est, uel necesse, agantur, in meliorem, peioremue fortunam mutatio fuerit consecuta. Et si maximum uitium est, cum quid deest, cauendum tamen est, ne quid redundet. Illud quoque custodiendum est, ut fabula sit una. Quod mica quidem sententiæ probè Horatius.

Denique sit quod nis simplex duntaxat, et unum.

Idq; sanè erit, cum una quidem actio describitur. Fallitur enim qui putat, et si multa ac uaria de uno dicantur, quia tamen de uno sunt, hæc omnia una fabula contineri. Quemadmodum enim plurima ac prope innumera fabula rerum genera sunt, quorum nonnulla nihil profecto, quod sit unum, efficiant, ita unus multas atque diuersas planè esse nouimus actiones, ex quibus actionem, quæ una quidem sit, nullam sanè unquam constituit. Proinde Aristoteles iure optimo illos errasse arbitratur; quorum uel Hæcæus, uel Therses, uel cetera id genus poemata fuerint. Cum falsò existimant, quod unus Hercules, unus Therses, de quo scribebant, extitisset, unam fabulam dici oportere. Quid de Achilleide Papini dicendum est; quæ ille quidem omnia, quæ de Achille prætermiserat Homerus, memoranda autem sibi esse uidebantur; se comprehenditurum esse statuerat? Quanto præclarior ille idem Homerus, qui uel natura, uel arte, cum in omni poetica facultate ceteris omnibus longè præstet, uidetur hoc etiam optimè persequi.

xisse; de illo Heres nihil aliud, quod diceret, suscepit, atque iram illam, quæ Grecis tot mala intulisset, nihil, aliud adiunxit, quod non consequeretur. Nec uerò cum faceret Odysseam, quæ Vlyssi acciderunt, omnia conscripsit. Neque enim fecit eum in Paruïssio uulnerari, neque in illa uulgata Grecorum principum collectione in Ætiam simulare. Quod non adeo interfecta essent, et colligata, ut, si hoc cecidisset, aut necesse, aut consentaneum esset omnino, ut illud quoque eueniret. Sed ea tantum in utroque poemate lacerulenter expressit, quæ ad unam actionem attingeret. Quid Virgilius uirgilia, quam quæ unam fabulam efficerent, complexus est; cum multa præterea uel gessisset, uel perulisset. Aeneas, quæ memorare potuisset. Neque enim cum Diomede, aut cum A. hille pugnantem eum induxit. Neque bello Troiano quæcunque præclare ille fecisset, narrauit. Quam ob rem ut in ceteris artibus imitandi una imitatione esse unius compertum est, ita in hac dicendi ratione fabulæ, quæ aguntur, efficiamus. Vnus quoque actionis, quæ planè integra sit et perfecta, imitationem esse oportet, rerumq; partem in ea tam aptè coagmentatas coherere, ut ne hilum quidem aut immutari, aut demipi possit, quin uarietur sanè totum illud, ac perturbetur. Nam planè liquet partem operis non esse, quæ uel addita uel subtrahita illud neutiquam immutatur. Iam uerò Poeta munus est non res gestas exponere, sed quæma in modum geri potuissent, uti uel consentaneum erat, uel necesse. Hoc enim inter poetam et historiarum scriptorem interest, quod alter quæ eueniunt. Alter explicat uti euenisse oportebat, aut ueris simile uidetur, non quod hic solum oratione, numeris, pedibusq; restricta ille utatur. Nam etiam si uersibus, quæ narrauit Livius, exponas, historiam tamen, non poemata constitias. Itaque poësis præclarior, ac sapientius quiddam est, quàm historia. Poeta enim uniuersa, Historicus singula pertractat. Nam exponitur uarietate, cum persone quod uel dicere, uel facere conuenit, enarratur. Quod nominibus imponendis uel maxime ille præstat. Singulitatem autem explicare quid aliud est, quam quod. M. Antonius fecerit, quod tulerit, narrare? Ac tantam philosophi rem ipsam poëta reuocant ad genus, et ad naturam uniuersam. Historici quasi oratores cum causas agunt, ad singulos deducunt. Quomodo autem uniuersum genus tractetur, in primis Comici decernunt. Qui cum uerisimilia conscribunt, ut posulant res ipsa, nūq; decet personarum nomina sic ad arbitrium ponunt, et quidem secus, atque Iambici solent, qui planè in singulis uersantur. Nam in Pamphilo modestum adolescentem, atque haudquaquam illiberaliter amantem. In Aescchio impudicum et liberalem. In Miione ut mite ac benignum, sic munificum senis ingenium. In Demea ut agreste et asperum, ita pariter auarum. In Dano uersutum. In Sofia fidelem. In Syro infidelem, sed callidum tamen, uasumq; seruum effinxerunt. Et si quamuis Heroici plurimum, et Tragici ueris notisq; nominibus utantur, non tamen est quod

Fabula desinitio.

Que narret poëta. Inter poëta et historici quid intersit.

Poeta præsertim comici nonnisi personarum nomina tractant.

Fabula in singulis personarum.

Heroici, Tragici, ab uniuersa natura non recedunt.

anaturæ illa uniuersa recedant. Nam & que decem, & que uerisimilia sunt, quam maxime utrique scelerant. Cum enim id sit credibile, quod euenire potest, contra quod non dum euenit, fieri posse non sent admodum facile credatur, nihil melius ule probabilis esse debet, quam que facta sunt; præsertim cum uulgari fama celebrantur; fieri potuisse. Quippe qua nunquam cecidissent; si cadere unquam prius non quævisissent. At quas fingunt personas, quomodo eas appellent, excogitant. Multa enim in Homero, & in Virgilio ficta nomina reperies, in Tragicis etiam nomina, eorumque partim iam tum primum imposita; partim que aliorum essent, sed à Poeta his quidem, quos inducit, attributa, ut Homericum Phœnium esse dicunt, & Iopam Virgilianum. Sunt in quibus omnia comminguntur; ut in Bucolicis Theocritus, & Maro; & in Tragicis illa quidem Agathon, quod Anthos appellauit, quasi florem dicere uoluisset. Nam in Bactrachomyomachia, cum miris oratio data esset, quid mirum, si res, & nomina fingantur? Atque Nympharum prope omnium nomina sunt haud quaquam temere conficta. Ita cum & que conueniant, persone attribuant, & que ueri quadam similitudinem habeat, sectentur. In Ælyse, ut ueri quoque differuit Popilius, callidum prudentemque uirum. In Aenea & pium & fortem. In Latino senem grauissimum. In Nestore sapientissimum. In Achille magnanimum & iracundum adolecentem. In Turno ferocem, & amoris uis nimia impotentem expresserunt. Quam ob rem ob scurum non est, poetam fabularum potius quam carminum effectorem esse oportere, utpote qui in effingendo uersetur. Effingat autem rerum actiones, quæ etiam si gesta sint, nihil tamen est, quod ille ab officio suo discedat.

Non enim pauca euenierunt, quemadmodum & uerisimile est euenisse, & planè fieri poterunt. Quod genus ea sunt, in quibus potè minus positum esse uoluerunt. Itaque deterrime fabule sunt, in quibus neque uerisimilitudine, neque ulla necessitate, uel accersita, uel interiecta quedam uidemus. In quo uirio cum sint uisitata iura inepti atque imperiti, ex his tamen, qui magnopere probantur, non paucos in eundem errore lapsos, ut audientibus placerent, offēdēs. Cum enim in certamen descenderent, dum fabulas actorum causa præter æquū proueberent, iustum ac debitum ordinem coacti, ac necessario perirentebant. Quæ uerò effingimus; hæc fuisse letum, siue tristem exitum habeant, neque in letitiam, neque in miserationem, neque in terrorem unquam adducunt, nisi admirationem efficiant. Admiramur autem quæ præter opinionem eueniunt, præsertim cum inter se connectantur. Id genus enim quæ sunt, plus admirationis movent, quam ea quæ nel casu, uel fortuna cadunt. Nam ex fortuitis admiratione miranda hæc maxime uidentur; quæ nel diuinis, uel sapientis illi quadam euenisse creduntur, ut Argis cum Mityi statua collapsa spectantem illum interfecisset; quod auctore ipse interemptus fuisset. Rome autè cum C. Cesar uulnibus confossus ad Pompei Statuæ basim cecidisset. Hæc & si forte fortuna euenierunt, non temere tamen; sed diuino consilio, aut data opera, ut inimicum

Nomina per
sonarū consi-
derā.

De fabulis

Poeta fabu-
larum potius
quam carmi-
num effectior

Quæ uisitata
fabula

Admiratio
captanda.
Quæ faciant
admiratiōem

Inopinatum.

interque illic secretur, uidentur cōsecuta. Quam ob rem quæ præter spem, præterque opinionem, quæ Deorum uoluntate, quæ fatali quadam sorte mirandum in modum ita obtingunt, ut coherere uideantur, fabulas efficiunt pulcherrimas. Insuperanti quidem Pæmphilus Terentiano obuēnit, quam ipse perdidit amabat, Chremetis filiam repertam esse, ut eam uxorem haberet. Inopinatum uerò fuit, nec temere uisum est Oedipod obitigisse, ut oculis tandem sibi efflossis, absumptis liberis, Regnoque amisso, & patriæ necis, & matris coniugii penas daret. Ac nihil sanè minus opinabantur Ithacenses, cum Ælyses rediens procos interfecisset, quam illum eo tempore domū repetiturum esse; ac tam memorabile facinus patratum. Periclitanti uerò Aeneæ, ac minime id ipsum speranti obuēnit, ut cum Troianis Hetruscæ opes coniungerentur. Nec sine Deorum permissu cecidit, quæ satis oblitisset, eam solueret penam, ut Laquei sibi uitam adimeret, Amata. Itaque res ipsæ, quæ fabulis continentur, cum sint, uel in cōmde, uel tristes, ut mirifice cadant, exitum illarum aut felicem esse, aut miserabilem conperiturum est. In periculo enim, & in quadam dimicatione interdum cum res comice uersetur, facta mutatione feliciter ac incunde cadunt. Heroica uerò post tot incommodata, tot res aduersas, tot fortune discrimina prospere quidem eueniunt, sed cum misera hōstium calamitate. Tragicæ autè, & si ut docet Aristoteles, nisi miserabiliter exeant, uim suā amittunt; nonnunquam tamen meliorem nanciscuntur fortunam, ut apud Euripidem Iphigenia in tauris, & Alceis. Verum de his longe melius, cum de singulis distinctè ac planè dicetur. Nunc prætermittendum non est ad felices, letosque euentus Comædiam, ad miserabiles atque terribiles Tragediam propriè spectare. Itaque fabulas partim unius generis, partim mixtas cōperies. Unius generis illæ sunt, in quibus nec personarum inducuntur uarietates, nec dissimiles rerum euentus consequuntur, ut Terenti sermō omnes Comædiæ, & Euripidis Tragediæ complures. Quemadmodum enim in illis ex turbulento ac tristi quadam statu ad tranquillitatem, letioremque res ipsæ deueniunt, ita in his de felicitate secunda, in aduersam ac miserandam sit mutatio fortune. Mixtæ uerò sunt in quibus dissimiles persone effinguntur, ut Odysseam, qua non modo tum probos, tum improbos homines, uerum etiam & principes uiros & pastores Homerus agens facit, ut Amphyrion Plauti, quam ille, quasi duorum generum esset Tragico comædiam appellauit. Nam me perpetuo facere, ut sit comædia, Reges quod nemiā, & Di, non par arbitror.

Quid igitur? quoniam hic seruos quoque partes habet; sit promde, ut dixi, Tragico comædia. Quin etiam Satyrici illi neteres hanc rationem sectabantur, cum inter Deos, uirosque, graues ridiculos inferebant. Mislum quoque genus est, quod ex duplici constans & personarum & rerum confictione, euentus habet à fabule ratione diuersos, ut si Tragedia in fortunam commodiorem euadat. At uerò quæ sunt unius generis, fabule Aristoteli pulcherrime uidentur, quod sint multo digniores, quas admiremur. Contra quæ sunt comæ-

In Terentio.

In Sophocle.

In Homero.

In Virgilio.

De exitu fa-
bule.

Fabularum
genera.

Unius gene-
ris fabula.

Mixta.

misit, Theatris longè magis probantur. Quorum auram, plausumq; captatiui, quæ spectatoribus placent, nonnunquam Poetæ in scenam asserant, etiam si alienum esse à fabula voluptatem illam uiderent. Interdum enim Comædia risus capiat illiberales; & à mediocritate illa sua ad leuissimam tenuitatem descendit. Tragedia uerò delectandi, admirationisq; mouendæ gratia portenta quædam artificiosa ostentat, ut apud Euripidem Medea, curru Draconum, qui erant pennati, à patre Sole accepto, fugiens uolat. Ad tertium illud genus, quod Satyrorum est hinc ortum uolus, quod Tragicis illi ueteres, cum populum iocis tenendum esse animaduertent, quæ essent ridicula in Tragedia excogitauerunt. Nam ut probè Horatius.

Carmine qui tragico uilem certauit ob hircum;

Mox etiam agrestis Satyros nudauit; & asper

Incolum; gravitate iocum tentauit eo, quod

Illecebris erat & grata nouitate morandus

Spectator, summissis sacris, & potus, & exlex.

Porro autem sic fabula contexenda est, quia spectacula plurimum ualent tum ad lætitiā, tum ad miserationem animi excitandam; ut in ipso rerum contextu sine ulla spectatione hoc idem efficiat. Nam dempto omni apparatu Plantinis iocis, quis non oblectetur? Quis non miserandum in modum afficiatur, qui mirabilem casum Oedipodis Sophoclei cognouerit? Quia uerò neque Comici, neque Satyrici tantum; sed Tragici quoque, ac ceteri omnes poetæ id quidem sanè student, quod delectetur; modus quidā adhibendus est; ut quæ suo conueniat instituto, in eam quæque delectationem adducat. Quid enim absurdus est, q̃ in Tragica gravitate comicam uoluptatem quesitam esse? Ac ne quis quæ aliena sint arripiat, cauendum est. Neque enim in eadem materia, neque in eadem ratione decepti Poetæ omnes uersantur. At uerò ut quas effingimus actiones, aliæ simplices, aliæ connexæ & implicatæ sunt; ita fabulas esse oportebit. Simplex illa quidem est, quæ una, ut definiuimus, & continuata cū sit; sine ulla agnitione ac sine ullo inopinato, & contrario, atque spectabatur, euentu, sit in ea transitio. Connexa uerò, quæ uel alterutra earum rerum, uel utraque coniuncta est. Atque hæc quidem ex ipsa rerum compositione ita opus est, apta sint & colligata, ut ex his, quæ acciderunt, aut necesse, aut consentaneum sit euenisse. Multum enim interest, post hæc, an ex hisce illi sit in Tragedia interdum, ut temere ac fortuito sequantur, quæ cum antecedentibus nequaquam aptæ, nexaq; sint. Euentua uerò inopinatum appello mutationem illam, quæ fit; cum ea, quæ aguntur, præter spem cadit, atque aliter, quam nostra opinio ferebat. Idq; quemadmodum diximus, uel ut uerisimile, uel ut necesse est, sine in latam, siue in tristē, fortuna sese immutat. Dicitur autem ab Aristotele περὶ τῆς τύχης, ac proprie in his, quæ in memorò adducunt. Vt apud Sophoclem, qui ad Oedipodem uenerat, quod boni felixq; illi esset, allaturus, cum ut eum liberaret à metu matris inceslo polluendæ,

Satyrici genus unde.

Quomodo & texenda sit fabula.

In delectando modus.

Fabularum uaria genera. De simplicibus fabula.

De connexa.

Euentus inopinatus.

quis ille esset, planè ostendisset, secus ac ipse putabat, effecit. Atque apud Homerum proci dum cōiuiuo indulgent, irridentiq; Ulyssēm, quæ mendicū quendā peregrinū, atq; adueniā esse arbitrantur, insidias uerò Telemachi parant; ab illis quidem, quādo id minime omnium metuebant occiduntur. Contrā Terentianus ille Crio, quas, cum Pamphilo nuptias filie Chremetis aduentu atq; significatione sua perturbasse uidebantur, præter opinionē quidem, præterq; spem omnium, sed omnium summa cum uoluptate conueniunt. Agnitio uerò, ut uel nomine ipso liquere potest, siue beneuolentia, siue odiū attingat, in iis est, quorum sanè res agitur, agnoscendis. Agnoscimus enim, qui cum perspecti nobis essent, aut quorū cūm aliquid notū atq; exploratū habeamus, & fillos nunq̃ nouimus, qui sint nunc illi ipsi, ignoramus. Agnoscitur præterea cū multa, tum ea, quæ quis aut seuerit, aut tulerit. Verum quæ potissimum à fabula ducitur, & longè pulcherrima est, agnitio fit, cum inopinatus ille, quem diximus mirabilisq; euenus cōsequitur, ut in Oedipode Sophocleo, & in Andria Terentiana. Agnoscit enim Oedipus summum cum animi mærore se à patrem interfectum esse. Matrem uerò inceslo sedatissimū ipse quis esset, conueniit. Agnoscit mirò cum gaudio Chremes amicam Pamphili, filiam suam, cum ut se res haberet à Critone accepisset. Fit autem Agnitio interdum sine ulla uicissitudine agnoscendi, ut cum agnitus est Ulysses ab Homericis nutrices, quæ ille haud quāq; ignorabat. Interdum uerò par atq; mutua est, ut cū Iphigeniā Orestes per epistolā, quæ ab ea mittebatur, agnoscit. Agnoscitur ipse ab illa aliis indiciis. Agnoscendi uerò genera sunt partim artificiosa, partim ab arte aliena. Arte uacat q̃ fuit p̃ insignia quædā siue innata atq; insita, siue adueritia, atq; extrinsecus assumpta. Gigantes enim y, qui armati ex terra orti dicuntur, his armis, q̃ nata, & ex natura ipsa arrepta illi gestabant, agnoscēbantur, Thyestes sidere ingenito. Aduentitia uerò signa sunt, q̃ uel in corpore, ut cicatrices; uel externis, ut crepidia, monilia, torques, coronæ, anuli, ac cetera id genus ornāmēta. Quippe Ulysses ex cicatrice agnitus dicitur, sed à pastoribus in aliter, ac ab ipsa nutrice, & ab hac quidē pulchrius, q̃ ab illis. Nā à nutrice præter opinionē agnitus est. Pastoribus autē ostēdit cicatrice ipse agnoscendū se præbuit. Antiphila uerò in Heantontimorū meno per anulu à patribus agnoscit, quanq̃ illi artificioso nō caret. Nec multū artis illa habet, q̃ ut fide faciat, à poetis cōfiguntur, nō ex sua sumpta, sed extrinsecus quæ sita, quod genus indicia sunt, & quibus Iphigenia Orestē agnouit, & quibus ipse sua sese pastoribus p̃didit Ulysses. Artificiosa uerò sunt ea, q̃ à fabula ipsa proficiunt, præsertim q̃ cum euentu illo inopinato, de quo diximus, coniunguntur; ut in Oedipode, atque in Andria. Tum uerò quæ uel aspectando, uel audiendo memoriam reficiant. Agnoscendos enim se præbuerunt. In Cypriis quidem Dicoegenis ille, qui pietura incessta ingemuit. Ulysses autem in Odyssea, qui dum Citharædum canentem audiret, recordatione reuer Troiano bello gestarū stetit. Nā in templo quæ erant depicta, cum Aeneas aspiceret, Multa gemens largosq; humectans flumine uultum, planè sese

Agnitio.

Agnoscendi genera partim artificiosa, partim sine arte. Artis expertia.

Artificiosa.

gemitu illo illisq; lacrymis prodere potuisset. Præterea sunt ex arte, quæ rationatione probantur, ut est apud Polyden Sophistam de Iphigenia. Vero enim proximum erat, ratiocinatum esse Orestem, quod soror immolata esset; quasi Agamemnonio generi fatale esset immolari; sibi item, ut immoletur, contigisse. Atque ut est apud Aeschylum in Chlophoris. Cùm enim similis quidam uenisset; similis autem, præterquam Orestes accessisset nemo; Orestem uenisse concludebat. Sæpe etiam fit, ut, quæ facta sunt, comperiatur, ut in Hecyra anulo repertum est Philumenam esse à Pamphilo compressam, ac filium inde natum. Atque ex his, quæ sunt minus artificiosa, animi quoque expertia; ut illi ipsi anuli, de quibus dictum est; nonnunquam agnoscuntur; quorum agnitione, quæ erant ignita, exploramus. Iam uerò est quoddam genus agnoscendi, quod fit, cùm quis rem sibi ignotam se agiturum sic falsò profertur, ut spectatores ratiocinatione fallantur, ut est in Vlyse. Pseudangelo, hoc enim nomine ea fabula inscribebatur. Cùm enim ille se arcum, quem nunquam profectò uiderat, se agiturum dixisset, hi quod non erat, itaqum id esset, concludendo, decepti sunt. Itaque ut artificiose agnitiones istæ, quæ arte carent præferuntur, sic illæ pulcherrimæ omnium sunt, quæ ex ipsa in rerum diuersæ admirationem ueri similitudine pariunt. Cōsentaneum est enim accessisse ad Oedipodem, qui letum illi nuncium perferret, ac re tota, uti se habebat, patrefacta, quis ille esset, planè declarasse. Iphigeniam epistolam mittere uoluisse. Critonem, qui hereditatem Chrysidis capturus uenisset, quæ Glycerium esset, ostendisse. Quæ quidem agnitiones sunt sine nullo ficto insigni. Cuiusmodi esse diximus monile, sed ex ipsa rerum compositione sumuntur. Proximum locum tenent, quæ ex argumentatione constant. Iam uerò patheticas alias fabularum, moratas alias deprehendes. De quibus longè melius dicetur cùm de parte illa, quæ ad mores perturbationesq; animi spectat, loquemur. Cùm autè assumpta atque introducta quedam habeat Poema, quæ ab Aristotele Epistola dicuntur, & si præter fabulam sunt, præterq; illud genus uniuersum, in quo illa uersatur, quia tamen partem quoque poematis esse hanc uolunt cùm rerum consensione coniunctam; ab ea separari noluerunt. Quippe quæ id genus esse debent, ut rem ipsam exornent, & fabulam producant. Et enim oratores, cùm alias nonnunquam, tum in ordinando, atque in narrando, siue delectationis, siue exortationis causa, digressiones adhibent, sic poete ad poemis locupletandam, tum statim ab exordio, cum rem, de qua sibi dicendum esse suscipiunt, proposuerunt; tum in narrando, atque in ipsa fabule explicatione fictis rerum inductionibus utuntur. Quæ quidem, ut planè Særtiane & Cossio intelligatis, quemadmodum & à fabula distinguantur, & cum illa aptentur, cognoscenda sunt; & quæ ad effingendum sibi poeta proposuerit; & quæ ad hæc ipsa ornanda introduxerit. Nam suscepta quæ sunt, ut effingantur, uniuersæ quidem ille exponet. Quæ uerò extrinsecus inducet, aut statim à prologo, aut cum fabulam cōtexere cœperit, interijciat. Res autem ipsa uniuersa

ut nec

ut nec certæ cuiusdam persone ratio, nec loci, nec temporis habeatur, in hæc fermè modum considerari potest. Cùm Virgo quedam, ut de Iphigenia dicamus, immolanda ante aras steterit; procul autem à conspectu sacrificantium euasisset; deducta in aliam regionem, in qua ex lege, hospitum atque aduenarum sanguine Deo immolabatur; huic sacerdotio præfecta est. Post hæc euenit, ut ed frater Antistitis accesserit. Sed qua de causa? uidelicet iusserat Deus eò, quod matre interempta furijs agitabatur. Et quam ob rem? nimirum ut se ab illa infamia liberaret. Itaque ea de causa oraculum accepisse, ut illuc iret, præter illud genus uniuersum est. Iste autem ut quæreret sanitatem, extra fabulam est. In fabula enim hæc sunt, cùm ed peruenisset Orestes, captus esset, atque cùm esset immolandus, agnitum nel indicij, ut Euripides, uel probabili argumentatione, ut Polydes fecit, euasisse. Cætera uerò extrinsecus assumuntur. Nam propositis eorum nominibus, qui effinguntur, quam primum Orestis furor, quo ille agiturus Tauricam Dianam petierit, inducitur. Deinde interijciat salus, quam post hæc expiatus inuenit. Argumentum uerò illud Andrie Terentiane sic planè uniuersè comprehendipotest. Chremes Atticus cuiusvisq; uir probatus, duas filias habebat; quarum alteram cùm se amisisset falsò crederet, alteram, quam sibi esse unicam putabat, Adolescenti Simonis filio, qui Pamphilus appellabatur, ultro despondit. Vbi comertum est Pamphilum amore nimio cuiusdam Virginis teneri, quæ tum peregrina ac foror Chrysidis Meretricis esse credebatur; cùm sanè & Attica esset, & filia Chremetis nuptiæ, quæ parari debebant, disturbantur. Cur nuptum se daturum esse filiam Pamphilum Chremes negauerit, id planè est præter rem illam uniuersam. Item, quod eadem de causa pater Pamphilum nuptias simulauerit. Future autem nuptiæ extra fabulam ponenda. Nam in fabula illa sunt. Simo nuptijs simulatis animum filij tenuit, an ducere uxore recusit. Is periturus; quo se uertat, ignorat, cùm & patrè ipse uereat, & quæ amat, deserere non pium esse arbitretur. Dari consilio pollicitus in patris potestate se futurum in periculum adducitur. Cùm pater quas simulabat nuptias, ut uere fiat, à Chremete faciliè impetret. Ille idem Dams, cùm Glycerium peperisset, excoGITat, quo Chremes à nuptijs deterretur; Pamphilus à periculo illo liberatur. Cùm pater nihilo segnus uirget; Crito Andrian Athenas profectus rem aperit, Glyceriumq; Pasibulam esse Chremetis filiam ostendit, quæ agnita uxor Pamphilum datur. Introducitur autè non pauca. Principio enim cum fabule argumentum explicatur, utraque Pamphilum nita, & causæ, quibus generum quidem Chremes recusauerit. Simo autem nuptias simulat, ac de Chryside quedam exponuntur. Deinde quæ ad Carinum attinent; quæ ad obstricticem; quæ ad pariendum (nam paritus ipse in fabula est.) Quæ ad Dami supplicium; si minus hæc in fabula sunt, at certè fabula afflicta existimantur. Nam ad Critonem quæ spectant, quam ob rem Athenas ille petierit, extrinsecus ex planè induta, atque omnino deprehendes. Quæ quidem consilia

Quomodo arguuntur considerentur in Tragedia.

In Comædia

R

Agnitionis
quæ pulcherrima
sunt.

Quæ proximum locum
tenent.

Fabule pathetice.
Moratæ.
Epistola
quæ sunt.

In Aeneide.

rerum inductiones siue Tragicæ ille sint, siue Comicæ, & breues, & paucae esse debent. Contrà ut longiores Epicæ, ita etiam crebriores. Quippe cum heroi-
ca poësis longius prouehatur. Vt enim quæ de Aenea decantantur, in genus uniuersum reuocentur, quaesturus sibi suisque noua domicilia nouasque terras, peregrè multos annos quida cum iret, à Iunone obseruatus multa tulit. Post tam diuturnos, tamque graues, ac tot labores terra marique exantlatos tandem ad Italiam peruenit, ubi periculofo atque ingenti bello confecto, ultus hostem sibi suisque regnū cōparauit. Hæc sanè huius poematis propria sunt. Cætera ad opus locupletandum, ornandumque introductur. Nam fabule initium illud est.

Vix è conspectu sicule telluris in altum
Vela dabant læti.

Vt in Italiam traiceret. Medium est ad Latium accessisse, extremum, occi-
sio Turno bellum profligasse. Fabule uerò affinguntur nō pauca, ut accessus ad Carthaginē, Elissæ amores atque interitus. Descensus ad inferos. At extra fabulā est explicatio causarū, quibus Iuno iactatos æquore toto Troas reliquias Danaū atque immitis Achilli Arcebat lōgē Latio Troiani excidiū, atque erro-
rum, quibus ante hac agitatus erat Aeneas, expositio. Rerū Latinarū narra-
tio. Vrbium atque Regū qui se utrinque ad bellū illud armauerunt, enumeratio. Clypei descriptio, multa-
que id genus, quæ longum esset persequere. Hoc loco Scortianus. Et si curus iste præceptionis tue ita me rapiebat, ut interpellan-
do mihi nunquam uideretur, hanc tamen ueniam mihi ipsi datam profecto uelim; ut te rogem Sincere, quid est quod aiunt, uirtutem poeticam esse, ut à medijs, aut potius à nouissimis rebus narrandi initium sumatur; cum præcla-
rè ab Horatio dictum uelim.

Semper ad euentum festinat, & in medias res
Non secus ac notas auditorem rapit.

Equidem animaduerti te aliter sentire, cum fabulam diceres, unius cuius-
dam & absolute actionis esse imitationē, cui nec principium desit, nec medium,
nec finis. Principium uerò esse quod quidē antegrediens cætera subsequuntur.
Medium autem, quod inter finem ac principium collocatur, extremū porro,
quod nihil non prius esse debet. Itaque cum par sit, quæ actionis initia, quæ me-
dia, quæ sunt extrema: fabule hæc eadem esse, quis non perspiciet neque à
medijs, neque à nouissimis rebus incipiendum esse? Immo uerò ex ijs rebus quæ
principio quidem aguntur, fabulā, quæ nihil aliud profecto est, quam rerum
agendarum contextus, inchoari oportere. Quomodo enim ordo seruetur, si
uel media, uel extrema principem narrandi locum, contrā uel medium, uel
extremum prima obtineant? Nec uerò credendum est hanc eandem Hora-
tius sententiam fuisse, cum ait.

Ordinis hæc uirtus erit & Venus, aut ego fallor,
Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici
Pleraque differat, & præsens in tempus omittat.

Vnde poe-
matis initium
sumendum.

Tum Sincerus, Mæste uirtute, inquit, & si locus hic tractandus erat, cum
de operis dispositione differemus, mihi tamen pergratum est, hac de causa in-
terpellatū esse à te orationē meā. Plurimū enim ad hoc ipsum, quod agit, spe-
ctat, id quod requiris. Nō uel à medijs, uel à nouissimis rebus, qui sumedū esse
initium uident, id præcipere uident, quod attinet ad breuiter dilucidare; narra-
dum; ne ab ultimo initio repetamus, sed unde necesse est, inde planè ordiamur,
ut docuit Homerus, qui nec reditū Diomedis ab meritu Meleagri, nec gēmi-
no bellū Troianū orditur ab ouo; neque Vlyssis reditū in Itacā ille idē Ho-
merus, neque in Italiam aduentum Aeneæ Virgilius ab Ilio capto aggredi-
tur. At qui Vlysses apud Alcinoū, Aeneas apud Elisam, quot uterque in-
commoda, peregrè tulissent, narraturi, inde incepterunt, unde se Ilio profectos
ostenderunt. Orditur autem Aeneas narrationem ab his, quæ ante profectio-
nem cecidissent; cum Dido hæc eadem rogasset.

Immo age, & à prima dic hostes origine nobis
Insidias, inquit, Danaum, casusque tuorum,
Erroresque tuos.

Neuter porro longius, quā opus est, in narrādo procedit. Vterque enim eō usque
progreditur, unde fecerit poeta initium narrandi. Hæc quidē si una narratione
cum illis cōiungantur, quis nō uidet quæ principio sunt exposita, postremū nar-
rari debuisse? Verūm hæc ipsa, quanquā ab argumēto rerū propositarū non ab-
horrent, tamen, ut diximus, extra fabulā cum sint, atque extrinsecus inducā-
tur, neque prima, neque nouissima, neque media actionis illius, quæ, ut effingā-
tur, suscepta est, dicuntur. Sed ubi commodè atque aptè introducuntur, eō in
loco sunt explicanda. Nam in uia, noctū, ante nuptias Philumenam fuisse à
Pamphilo copressam, anulūque illi extortū, ac dono meretrici datum, ad He-
cyn argumentum pertinebat, qui tamen extra fabulā id erat, à qua narra-
tur, introductur Bacchis. Irridendus uerò est, qui putat à nouissimis Home-
rum inceptisse, quod neque bellum Troianum ab appulsu Grecorum ad Troi-
am, sed à rebus ijs, quas anno postremo illi gesserunt. Neque Vlyssis labo-
res à primis erroribus; sed ab extremis orsus esset. Quasi ille omnia, quæ ad
Troiam gesta fuissent, aut omnia, quæ tulisset Vlysses in patriam reditu-
rus, sibi ad dicendum proposuisset, non ex his omnibus, quæ ipse cæteris præclario-
ra atque potiora duxisset. Illa quidem si antea euenissent, ut postea cecide-
runt; cum inde initium narrandi poeta fecisset, nemo profecto illum à pos-
tremis orsum dixisset. At uerò in Iliade suscepit effingenda, quæ in an-
Achillis ob amicam ereptam, ut præstantiora cæteris omnibus, quæ bel-
lo Troico euenierunt; & ad gloriam Herois, quem laudabat, attinerent,
secuta sunt, eaque persectus est usque ad Hectoris necem. Quarum profecto
rerum initia, initia quoque fabule; media, media; postrema, postrema
extiterunt. Cætera uerò tanquam leuiora partim omisit; partim, ut na-
uiū, Principumque Grecorū recensitionem, urbium Troie finitimarū direptiones,

Error gram-
maticorum.
Homeri pro-
positum.

trium clarissimorum Ducum, & in dicendo maximorum. Qui Helenam re-
terent, legationem; ac reliqua id genus ad poësim loquentandam interiecit.
In Odyssæa inde fecit initium dicendi, inde ordiendam sibi esse fabulam pro-
posuerat, quo tempore & Telemachus induci, & procorum iniuria vindicari
debiuisset. Quæ uero ante hæc cecidissent eundem illum Virgilium, qui hæc ip-
sa pertulerat, ad exponendum introduci, ut eo narrante ueriora & credibili-
ora uiderentur. Cur autem nec bellum omne Troianum, nec omnes Virgilii la-
bores, præsertim cum res essent continuatione quadam coniunctæ, atque ex
initio, mediisq; ac fine constarent, conscribere aggressus est intellexerit pla-
ne qui animaduertit ut præter magnitudinis fines, ac longius, quam ratio
postulat, & cognitum perdifficile fuisse opus euasurum; uel si ad inusitam uari-
etate futurum. Hoc idem fuisse propositum Virgilii, qui Homerum imita-
tus est, licet sanè arbitremur. Itaque Scortiane si quando poema scripturum
es, totam quandam actionem, eamq; unam atque perfectam, quæ principium,
& medium, finemq; habeat, ad effingendum tibi propones. Vt fabula illæ eadē
sint partes, quæ sunt actionis, atque eodem ordine collocentur. Præceptum ue-
rò illud, ut uel à nouissimis, uel à medijs sit ordiendum, haud omnino uerum
existimes uelim. Nam suscipiende sunt, ut narrentur, ex multis uarijsq; re-
bus, quæ præstât. Hæc si cæteris omnibus antecesserint, num dubitas inde tibi
fore fabulæ initium faciendum? Verum præceptum id esse propterea putan-
dum est, quod quæ antea euissent, à summis poetis ea, quæ diximus, ratione
postea per sepe introducuntur. Atque hæc quoque uerū, quoniam sciri perdi-
gna est, ratione explicemus. Vt enim quæcunque scribenda sunt, aut fuisse
aut esse, aut fore dicuntur, ita ex his partim narratur, aut euenerunt; partim,
uti eueniunt; partim, ut sunt euentura. Cum autē Poeta, qui agunt, eos indu-
cat, consentaneum est, eorum rerum ut fabulam cōfigat, quas illi ipsi, quo-
rum personas induit, uel facere, uel pati uideantur. Quæ uero illis acciderunt,
aut quæ fore casura sunt, ut extra actionem sunt eam quidem, in qua ydem
illius uersantur, ita præter fabulam esse uoluerunt. Itaque uel augendi, uel or-
nandi poematis causa, uel quia prætermittenda non sunt, introducuntur. Vir-
gilius effingit actionem illam Aeneæ, quæ profectō, quæ ille Latij Regnum
adepturus ferat, quæ faciat, ostendit. Introduce autem non agentem, sed quæ
sibi ceciderunt, eundem illum Aeneam exponentem; quemadmodum extrin-
secus inducit Anchisem, qui Dardaniæ prolem, quæ deinde sequatur gloria,
qui maneat Itala de gente nepotes, filium doceat. Sola quidem illa actio ab-
soluta in fabula est. Cætera omnia ponuntur extra. Quippe quæ non uti agā-
tur, sed quemadmodum aut acciderunt, aut futura sunt, explicantur. Repet-
tes præterea, quæ si in fabula non sunt, fabulæ certè affecta dicā possunt, ut
accessus ad Carthaginem, descensus ad inferos, ludi in exequijs Anchisæ com-
missi. Idq; facili perspicies, si quam longa sit actio, quæ exprimeāda suscipitur.

Virgili pro-
positum.

Ratio quare
hæc in fabu-
la sunt, ita
extra.

Quam longa
sit actio sus-
cepia ad ef-
fingendum.

intelliges. Si quis enim uterum poemata obseruabit, & Tragicas, & Comi-
cas actiones intra unum diem, aut duos ad summum, Epicas intra annum ab-
solutas atque perfectas esse comperiet. At si fabula cōtinentur, quæ extrin-
secus dicimus assumptas, Comædiæ pariter ac Tragediæ multoties diuerum, He-
roicæ fabulæ multorum amorum essent. Nam & Ilias & Odessea ad decimū
annum, Aeneis ad septimum perducta uideretur. Sed neque Homerus, neque
Virgilius, præter illa, quæ anno postremo euenerunt, ad effingendū sibi quic-
quam aliud proposuit. Verū quam magnæ, & quam longæ sint fabulæ, pla-
nus perspectum erit, si de magnitudine illarum, & quæ principia dicta sunt,
& quæ dicuntur, cum priuatim singula poematum genera tractabimus; re-
pentur. Poema uero totum duas partes habet. Quarum altera colligatio di-
ci potest, altera solutio. Illa ab Aristotele *δύσις*, hæc *λύσις* appellatur. Colli-
gatum quidem atque connexum id omne est, quod ab initio eo usque proue-
nitur, unde mutari incipit fortuna. Hæc autem ut primum capta est mutari,
solui planè dicitur fabula. Quam ob rem quæ extra sunt, ferè omnia, & ex
his, quæ intra continentur, multa in plerisque colligatio; cætera solutio cō-
prehendit. Colligatio est in Oedipode, donec interfecisse patrem Oedipus, ince-
pit autem conubio sibi matrem coniunxisse agnoscat. In Andria, donec
Glyceriū compertum sit esse filium Chremetis. In Odyssæa, donec arcum in
procos Virgilii intendit. In Aeneide, donec fractos aduerso Marte Latinos de-
fecisse uideat Turnus. Ex in factum est, ut Turno Amata, quæ sibi sœda ne-
cem conuenit, auxilium, Immonis sororisq; præsidia, Deorum omnium studia,
uita denique ipsa defuerit. At ne uos lateat uelim, fabulæ solutionem non
aliunde, quam ex ipsa fabula proficisci oportere. Videlicet improbat in Me-
dea machinam quandam ad soluendum excogitatu esse. Inducitur enim Me-
dea, quæ cum a patre Sole currum accepisset, fuga salutem quesierit. Nam
machinationem in his, quæ extra fabulam sunt, adhibendam esse concedunt.
Cuiusmodi sunt, quæ tum fieri nequit ut aliter ad boninū cognitionem perue-
nit; siue quia præterierunt, siue quia sunt, aliquando futura. Quippe utra-
que ut cognoscantur, ope diuinū opus est. Consentaneum est enim, ut probè,
quæ olim fuerint, cum lateat indicet Deus; quæ euentura sunt, prædicat.
Namque omnia nouit, quæ sunt, quæ fuerint, quæ mox uentura trabantur. Vt
potè quem cœcitas & audire & uidere ita apud omnes constat. Quam ob rem
est modus quidam in his, quæ spectanda sunt adhibendus, ut fabulam rectè cō-
sequantur. Iam uero superuacaneum est admonere, ut fabula tota sibi cōstet,
atque in omni uerum contextu respondeant extrema primis; ac ne pugnan-
tia inter se, aut quæ disparia sint, aut quæ nullo prorsus modo congruant, di-
cantur. Neque enim non irridendus est

Poematis
partes.
Colligatio
Solutio.

Unde fabu-
le solutio
Colligatio
proficiat.

Quæ spectan-
tur fabulam
consequuntur.
Quæ in fabu-
la sunt, serua-
da, quæ mi-
standa.

Humano capiti ceruicem pictor equinam
Iungere sinclit, & uarias inducere plumas
Vndique collatis membris in turpiter atrum

Desinat in piscem mulier formosa superne.
 Neque poetis, & si pariter illis atque pictoribus
 Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas,
 Danda est uenia, ut placidis coeant inmitia,
 Serpentes aubus gementur, tigris agni.

Nec uerò inquam non pium, ac forem Aeneam; non iracundum atque magnanimum Achillem; non callidum, atque prudentem Ulyssen coperies. Quam uitiosum, atque indecorum est, dissimilem sui uirum aliquem facere; ut quem aulacem induxeris, hunc timidum, quem mitem, hunc asperum, quem liberalem, eundem auarum, aut contrà aliquando ostendas. Nisi si quem data opera inconstitem, ac leuem, aut ridiculum facies, ut Terentius Demea, quem parcum, ac durum, atque agrestem cum induxisset, eum repente affabilem ac lenem, & prodigum demonstrasse, ac prorsus uoluntate, animoq; mutatū esse, non sine risu spectantium demonstrauit. Cum autem in carmine uarietas delectet, propiciendum est, cum oblectationis causa digredimur, nequa extrinsecus adiungamus à fabula prorsus aliena; nequa exponamus, que minimè conueniant; nequa curiosius ad exornandum conquisita, & ab aliqua doctrina ad ostendendum arrepta uideantur. Exhibendus enim, explodendusq; ille est, qui in ea excurrit, qui ea uel interijcit, uel assumit; ut inire dicas, sed nunc non erat bis locus. Aut Delphinum syluis appingit, fluctibus aprum. Digreditur Virgilius à fabula & in Romanorum, & in Herculis laudes; quæ tamen haud quaquàm à rerum susceptarum contextu abhorrent. Aberrasset autem, si in rerum gestarum narrationem, aut in quædam alia id genus ab eo, quod propositum est, longè remota excurrisset. Multa præterea describit, quæ cum ad fabulam non attineant, quia tamen appositè amectuntur, mirum in modum probantur. Neque enim fluminum, neque locorum, neque rerum aliarum descriptionem ullam non suo loco deprehendes. Irridendus porro est, qui præclara quædam ac magna professus, cum propositis rebus conuenientia quæ sint, non habeat, neque aptè explicare fabulæ exitum possit; in ea cadit, quæ minimè congruunt. At tantum abest ut ille præstet, quod pollicetur; ut merito queramus. Amphora cæpit

Instrui curuente rota, cur uirens exit?

Sunt qui aliquot operis partis perbellè expriment, totum opus absolvere non possint. Sunt etiam qui aptissimè singulas partes affingant; quia conuenientiam partium, in qua pulchritudo posita est, nesciunt adhibere, rem uniuersam nequeant perficere. Itaque fit, quod in corpore humano sæpe euenisse compertum est, ut cum pars quæq; per se pulcherrimè posita uideatur, totum quidem ipsum sine partium consensu inconditum atque inconcinnum putemus. Perùm quæ conueniant inter se, quæ contrà dissentiant, tum planè perspicies, cum ita fabulam explicaueris, ut ante oculos rem omnem dilucide

proponas. Perinde enim tibi omnia perfecta erunt, ac si rebus agendis interesset. Sæpe etiam sese offerunt conscribenda, quæ opus locupletare posse uideantur. Hæc tamen, siue dignitate careant, siue non ea sint, quæ putes te posse splendore orationis illustrare; reiicienda tibi esse arbitreris, ut facit ille, qui quæ desperat tractata nescere posse, relinquit. Hæc enim uirtus Poetæ est, ut quæ amet, quæ spernat, quæ amplectatur, quæ respuat, probè diiudicet. Hoc acri iudicio dicitur fuisse Virgilius, ut quæ appositè, & grauiter, & decorè affingi potuissent, unus ante omnes maxime norit. Nec uerò ignores uelut, fabulas, quæ pulcherrimè habeantur, ex notis perfectisq; rebus sumendas esse. De quibus cum profectò nemo non optimè se scripturam putet, complures quidem frustra laborasse, perpaucos autem id affectos, quod sanè sperabant, animaduertes. Quotus enim quisque in ratione dicendi uersatur, qui non aptissimè se posse credat explicare, quæ aut fama, aut literis prodita peruulgantur, quæ usu & consuetudine uitæ constant? id genus certe quidem sunt, quæ poetæ clarissimi pertraxerunt. At pauci sunt, quos eam laudem adeptus legamus.

Tantum series iuncturæq; pollet,

Tantum de medio sumptis accedit honoris.

Cum enim quod scribimus, aut nunc primum à nobis excogitatum sit, aut ab alijs antea tractatum, quod nos ipsi primi comminiscimur, hoc aptè molimur, si tum perpetua ratio personæ custodietur, tum actio rerum, pro ut uerisimile erit, aut neceesse, contexetur. Nam

Si quid inexpertum scæne committis, & audes

Personam formare nouam, seruetur ad imum;

Qualis ab incepto processerit, & sibi consistet.

Quod autem commune est, quam uis difficile sit ita pertractare, ut priuatum propriumq; uideatur; tamen id planè assequemur, ut nostrum, non ex aliquo auctore sumptum putetur, si & colligabimus nouo fabulam ordine, & soluemus; resq; non dum inuentus affingemus, nec alibi extrinsecus assumptas inducemus. Quandoquidem

Publica materies priuati iuris erit, si

Nec circa uilem parulung; moraberis orbem.

Quia uerò, ut præceptum est, & profectè uolunt & delectare poetæ, maxime laudatur, qui graua, & seria cum iucundis admiscet. Nam

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,

Lectorem delectando, pariterq; mouendo.

Perùm illud tuendum est, ut ficta uoluptatis, admirationisq; causa, sint proxima ueris,

Nec quodcunque uolet poscat sibi fabula credi.

An non procul à uerò tibi uidetur

Si pransæ lamie inuim puerum extrahat aluo?

Virgilius laus

Sunt que uehementer admirari possis, probare non sanè possis, nisi ad uim diuinam illa referantur. Mutata enim esse classem in maris Nymphas, quis credat, nisi Deorum insu id factum esse intelligat? Itaque rerum miracula fabulis per sepe comprehenduntur. Atque cum ueris ita falsa miscenda sunt, ut quia, que comminiscuntur poetae, ueritatem occultam testamur, non minus quam habent, demptis integumentis, que uera sunt, aperta, nudaque appa-
reant, que uerò commentus fueris, non temere conficta existimantur. Num tibi amores, concubitus, adulteria? Num odia, inimicitia, simulacra? Quid? illos ne inter se pugnassee, dum alij Græcis, Troianis alij fauerent? An aliud sensisse, qui hec mirifice excoGITauit, Homerum credideris? Verum ea in re modus habendus est, ne quid turpe, ne quid indecorum, ne quid alienum à ratione comminiscatur, ad id quod uerum est, occultandū, ut auditorem oblectemus, ac rapiamus in admirationem. Cum enim ea de causa Homerum accerrimè Plato exagitauerit; prospiciendum est, ne quid fingamus, quo istis reprehensoribus poetarum detur ansa ad insectandum.

At quicquid precipies, esto breuis; ut cito dicta Percipiant animi dociles, teneantque fideles.

Nam sepe fit ut quedam præcepta tradantur, que faciant & ad mores probè informant, & ad bene, recteq; uiuendum. Hæc si breuia sint & aperta, & probabilia, mirum in modum commenduntur. Quæ breuiter sapienterque dicta cum sepe Comici, tum maxime Tragici scriptores usurpant, & quidem utrique ut sua fert ratio scribendi. Nam Tragici quidem grauiora, Comici uerò subtiliora quedam, & magis uulgata præcipiunt. Ipse quoque Homerus tum graues, tum acutas sententias frequenter, easque per breues adhibet. Hæc habui que de fabula dicerem. Quia uerò quatuor genera fabularū esse ostendimus, simplex, implicatum, de quibus iam dictum est, Patheticum. Moratum, de quibus dicendum esse recepinus, ubi ad eam partem pertrahendā, que de moribus est, peruenitum esset, reliquum est, ut promissum munus ob-
eamus. Nam ex his, que ad uim speciemque poematis attingit. Nisi uobis occurrat fortè locus, quem prius tractandum putetis. Tum Cossus, ego quidem, inquit, atque ut puto, Scortianus ac Thetus id maxime optamus; ut que sine hec reliqua duo genera demonstras. Verum id missum non faciam ex his, que à te doctè & copiosè disputata sunt, eam fabule definitionem haberi posse, quæ omnem illius uarietatem continet. Nam præter actiones illas, quas exprimiunt, Poetæ crebrò in eiusmodi rerum expositionem digrediantur, uti sunt ea, que de claudicatione Vulcani, de Martis cum Venere concubitu, de Ate, de precibus, de aureæ catenæ, de Iunone uinctulis alligata Homerus, que de Laocoonte de Harpyiis, de fama, de Enclado, de Diris Virgilius, que uterque de inferis. Quæ Ouidius de tot rerum mutationibus narrauit. Affingunt præ-
terea non

terea non pauca ad operis exornationem, atque ad delectandum, que merito admiremur; ut cum Homerus Iunonem facit somno cingulog; Veneris Ioui insidias parantem; Virgilius troicarum nauium in Nymphas mutationem fingit. Perque Vulcanum arma Deæ filio fabricantem, Perque ludos ad exequias, alter patris, alter amici, cohonestandas celebratos. Itaque fabula defiuiri potest, que rerū fictarum sit explicatio suauis; seu uerisimilis illa sit; seu non aduè ueritatis aliena; ut falsis inuolucris ueri nihil inuoluat. Quanquam enim que gesta sunt, nonnunquam à poetis exponuntur; non tamen quæ gesta sunt, sed quia ficta, earum expositio rerum fabula dicitur. Snaue autè ac incindum esse hoc genus narrandi oportet, non quod ceteræ quidem narrationes suauis esse non debeant, sed cum eam ob causam fabula sit inuenta, ut auditorem suauitate orationis cum admiratione ad discendum alliceret; hanc uirtutem priuatim ac propriè sibi uendicat. Mihi uerò inquit Synteris ad in primis letandum est, ut que à me prætermittuntur, ex his que dicta sunt, nos faciliè hauriamus. Nam fateor me nonnulla omisisse, que uobis quidem ex hac disputatione perspecta esse possunt. Verum ut hinc ad reliqua procedamus; Mores dicimus esse, quibus omnes animi mentisque habitus continentur. Et enim uel ad iustitiam, uel ad uirtutes quisque est & affectus & institutus; ita profectò dicitur moratus; atque ut mores cuiusque sunt, sic probus, improbusque appellatur. Nec tantum rusticos, urbanos, asperos, faciles; uerum etiam elatos, modestos, auaros, liberales, timidos, magnanimos, æquos iniquos effingi solere compertum est. Itaque hoc loco mores definiuntur esse animi tum instituta, tum affectiones, uel consuetudine, uel institutione conformate. Quæ à fonte quidem natura permanent; Studio autem informantur, & disciplina, ius uerò augentur. Hos exprimere nihil aliud sanè est, quam cuius actiones imitamur ostendere, quem admodum ille sit affectus, quo instituto, quo studio, qua consuetudine ducatur. Quia uerò hoc genus admodum Græci appellant; neque omnes probant, que ab illis quidem ἦθος, à nostris mores dici oportere, ne quis miretur hoc nomen me usurpare. Et si enim non omnis rei natura hoc uerbo explicatur; modò tamen rem ipsam intelligatis; nobis hec uenia danda est; ut eo transierim uti liceat, dum quod sit melius, aptiusque ad rem significandam habeamus. Atqui non uideo cur sermo Romanus hoc ipso carere noluierit. Quando non tantum Græci, qui in hoc genere nihil non audent; sed Latini quoque doctores à uulgari consuetudine loquendi idè nomen ad multa, que nunquam antea significauerat, transule runt. Itaque mores, quos exprimit Poeta, nobis erūt omnes animi habitus, omnes affectus; omnia denique instituta. Quam in sententiam uim quoque uerbi huius accepisse propemodum uidetur Cicero contra Rullum in oratione de lege Agraria, quam ad populum habuit. Non ingenerantur, inquit, hominibus mores tam à stirpe generis ac seminis, quam ex his rebus, que ab ipsa natura loci, et à uite consuetudine suppeditantur; quibus alimur, & uiuimus. Carthaginen-

Fabule defini-
tio amplior

De genere
morato, atque
de moribus.

Mores defini-
tione.

Mores, qui
sunt ius in
thori.

ses fraudulenti, & mendaces non genere, sed natura loci, quod propter portus suos, multis & uariis mercatorum sermonibus ad studium fallendi studio questus uocabantur. Ligures montani, duris, atque agrestes, docuit ager ipse, nihil ferendo, nisi multa cultura & magno labore questum. Campani semper superbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, urbis salubritate, descriptione, pulchritudine. Nec me praeceant quae de moribus Rhetorici scriptores tradiderunt. Nam inter ea, quae Graece ἰδνα illi ipsi appellant, & animi perturbationes hoc interesse uoluerunt, ut cum animi affectus haec utraque esse constituent, hos tamen mites atque compositos esse dicant: Illos ardentem esse concitados, hos ad beneuolentiam, ad commendationem, ad ueniam conciliandam; illos ad perturbandum ualere; hos persuadere, excusare, lenire; illos per mouere, impellere, imperare. Hoc enim genus come est, iucundum, blandum, humanum, procul ab odio, procul ab omni perturbatione. Illud uehemens, incensum, incitatum, circa iram, odium, metum, inuidiam, miserationem ferè totum uersatur. Mibi uerò haec duo genera hoc distare inter se uidentur; quod inter affectiones animi, perturbationesq; differt. Ille manent, hae permouent; illa à naturae fontibus hausta, consuetudine uerò atq; institutione, ut diximus, efficit, hae uero in quadam exteriori impulse, atque ut breuissimè hoc discrimen ostendam, bis ille excitantur. Iracundia, timiditas, hilaritas, affectiones appellari solent. Ira, metus, letitia, perturbationes. Nam iracundia, aut timidi, aut hilares qui sunt, eos ad iram, uel ad metum, uel ad letitiam esse dicimus propensos. Trasti autem, aut metueri, aut letari, quos ira, aut metus, aut letitia perueniunt. In illo genere exprimeo summa uirtus ea est; ut fluere omnia ex natura rerum hominumq; uideantur, ut habitus animi, mentis constitutiones, mores dicentes ex oratione perluceant, et quodammodo agnoscat, quod quamquam sine dubio maximè est inter comitatas personas, quoties perferimus, ignoscimus, satisfacimus, monemus, obiurgamus ab odio remoti; sepe tamen fit in aduersa fortuna, cum irascimur, ciuilis quærimur, ingentescimus; in leta ac prospera, cum letamur, gestimus, effusimur uoluptate. Ad idem huius imitationis est quocumque modo affectos preferre. Nam parentis affectus ille est;

Pater.

Aeneas (neque enim patrius consistere mentem
Passus amor) rapidum ad naues praemitit Achatem,
Afciano ferat haec, ipsumq; ad menia ducat,
Omnis in Afciano chari stat cura parentis, Matris hic,
Matris hic subitus miseræ calor ossa reliquit.
Excussit manibus radi, reuolutaq; pensa
Euolat infelix, & semineo ululatu
Scissas comans, muros amens, atque agmina cursum.
Prima petit, & reliqua, quibus mater ciuilis effingitur, filii
ly uerò, hæc pietas.

Filii.

Quo differat
à perturbationis
mores

Pater
exprimi
medi mori.

Mater.

Ingeniuit chari grauius genitoris amore
Pec uidit Lamsus, lachrymæq; per ora uoluitæ. Et
Mene efferre pedem genitor te posse relicto
Sperasti tantumq; nefas patrio excidia ore? Ille autem mos est et
filij, & uiri, & parentis.
Obstupui, subijt chari genitoris imago,
Pec Regem equauum crudeli uulnere uidi
Vitam exhalantem, subijt deserta Creusa;
Et direpta domus; & parui casus Iuli. Coniugis hic, et parentis.
Ecce autem complexa pedes in lumine coniux
Hærebat, parumq; patri tendebat Iulū. Iam uerò affectus
Amantis hic est.
Non tulit hanc speciem furata mente Chorebus,
Et sese medium iniecit moriturus in hostem. Timens ille;
Frigidus Arcadibus coit in precordia sanguis. Impij crudelis
liq; affectio quim bellè exprimitur in Neoptolemo.
Refers ergo hæc; & nuntius ibis
Pelida genitori; illi mea tristitia facta,
Degeneremq; Neoptolemon narrare memento,
Nunc morere. Hæc dicens altaria ad ipsa trementem
Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati. In Mezgentio,
Ad quem subridens mista Mezgentius ira
Nunc morere; Ast de me Diuum pater atque hominum rex
Viderit.
Atque eiusmodi multa, quæ ad hoc genus attineant, planè offendas. Peris enim ut, quod ad hanc partem præcipue spectare, ac propriè comitū esse dicunt, ostendamus. In Simone & ingenu parentis, & consuetudo exprimitur. Nam siue ille admoneat, siue obiurgat, siue irascatur, siue ignoscat, præ se fert eius, à quo leditur, caritatem. In Pamphilo probi adolescentis indoles, in quo nescias amor ne in amicam, an pietas erga patrem plus ualeat; effingitur. Nec uerò alio modo filios, à quibus offendimur, inuisos facimus parentes, quam quod amare ipsi uidentur. Alterum uerò genus, quod ad perturbandum comparatum est, probè exprimitur; cum quid offendimus accidisse, quo ta perturbati uideamur, ut in eandem perturbationem alios quoque rapiamus. Nam per morionem duplicem intelligi uolunt, qua afficiuntur, & qua permouemur, ut metum, quem patimur, & quem facimus, & inuidiam, quæ inuidum, & quæ inuidiosum facit. Hoc autem hominis esse, illud rei dixerunt. Quod huius partis plurimum uendicauit. Quippe in quo non solum nim magnam, multumq; operis habet, uerum etiam regnat oratio. Nam quod rectè docet Quimilia-nus, quædam uidentur graue per se, ut Parricidium, cædes, beneficium,

Filius uir &
pater.

Coniux &
parentis amans

Timens,
Impij crudelis
deus.

In Mezgentio,
ad quem
reuerentia

Adolescenti
probi.

De genere
pathetico, ac
de perturbationibus.

quædam efficienda sunt. At que illa ipsa, que per se sunt graviora, conandum est ut graviora videantur. Id autem contingit, cum magnis alioquin malis gravior id, quod passi sumus, ostenditur. Quale est,
O felix una ante alias Priameia virgo

Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis

Iusta mori.

Quia miser enim casus Andromachæ, si comparata cum ea felix Polyxeni putetur? sed quodammodo sunt acerba, ac lætosa, & simpliciter, & maiores, quam sint, efficiunt perturbationes. Rhetores latissime præcipiunt. Hic satis est monuisse, in quo potissimum hæc ratio versetur. Superior autem illa, quam ad mores exprimes dixerim attingere; quod hominum est potius, quam id quod verum, effingit. Nec ad pertractanda que metum, que invidia, que dolorem, que iram moveant, inuenta est; sed quo quis modo vel affectus, vel inquietus sit, ut his perturbetur. Ergo, inquit Scortianus, que Rhetores nonnulli de moribus dixerunt, non probas? cum vis leniter moveri animos, aut etiam impelli sine ulla dicentis permotione statuisent. Videtur enim non modo ut quisque afficiatur, verum etiam ut afficiat, rationem habuisse. Fortasse inquit illi, magis probandi sunt, qui leniores minoresque affectus hos dicit maluerunt; cum ut moveamus, potius, quam ut moveamur, completi hoc genere voluissent. Verum id non agimus hoc loco, ut que illi constitunt, ex his, que potiora ducantur, decernamus. At vero ex his quæ dicta sint, liquere arbitramur, quod morum genus eo spectare, ut quod cuiusque sit institutum, quod studium, qui habuit animi, que adoleos, que affectio, que consuetudo, vel seorsum, vel actione declaretur. Alterum vero genus ad affectus extendere attinere. Idque aut placide, ac leni quodam modo, aut vehementer &

De moribus.
perturbatio-
nibusq; Rhe-
toris senten-
tia.
Affectus ali-
mitiores, ali-
cōcitiores.

Morū genus
diuersum ab
affectibus.

Quid sit mo-
ratum huic
auctori.

Idem locus:
cum pasteri-
cus, cum mo-
ratus.

Quae seruan-
da sint i mo-
ribus expri-
mendis.

Morum du-
plex ratio, a
tera commu-
nis, altera
pria.

fortunam, qui quodque genus, qui quamq; nationem ac gentem, qui quodque ingenium, qui quodque animi institutum, qui denique quantumq; artem, ac facultatem sequantur affectus. Nam iuvenes, ut quæ in modum certis quibusdã uitæ spatijs afficiantur, exponamus, propensi, proclivesq; sunt ad cupiditates, libidinis, incontinentes iracundi, ut citò ac facili exultent, ambitionis, cupidi exuperandi, auidi contentiosis, ad rixam conciti, contumeliosos, ut iniuriã faciant in incommodi inferendi causã, at contumeliæ potius intorquenda bonoris, quam pecunie longè auidiores, quem si minus consequantur, ægermie id ferant, quasi tempesti iniuriã accipere se putent. Magnanimi, uehementes in quacunque re atque nini, sed ita flexibiles, ut quam leuiter ad cupiendum excitantur, tam facili desistant. Et quam uehementer cupiunt, tam citò expleantur, cupidores honesti, quam utilitatis, amicis, sodalibus, studiosi, conuiuium appetentes, prodigi, diuices, irrisores, qui nihil se putant ignorare, parati ad sequendum, quo appetitio duxerit. Ductantur se magna, non dubitant aggredi quod arduum, ac difficile est, uim suam propensionemq; nature potius quam rationationem sequuntur, cum illa quod utile sit, hoc quod honestum, confectetur. Nihil cogitatione moluntur, rerumq; futurarum disceptatione, atque ut prælare, ac vincere cupiunt uehementer, ita faciles ad ignoscendum se præbent, promptosq; ad miserandum. Hæc enim etas, sicut natura calida, igneasq; cum sit, nec dum inopia, aut mali quam experta, nec ulla necessitate coacta humiliter demissæ, sentit: cum parum uiti et prætersit, cuius reuocatione detereri possit, multum uerò supersse intelligit, quo fidenti animo spem capiat ingentem, maximisq; rebus dignam se putet, præterquam quod iracundia sic fortitudinis mucrone excacuit, ut profus timorem pellat, cum baud malo prauoq; ingenio prædita sit, at sine labore ullo deiciatur, cum pudore quodam nativo quod honestum est, et quod turpe, internoecat, nihilq; aliud decere animaduersat, quam id, quod decorum est optinibonum institutisq; hominum consuet. Cum utilitate nihil uitæ metiatur, nec ad fructum suum amicitiam reuersat, cum denique de omnibus bene existimet, et quæ præstat ingenij bonitate ceteros ita perpendat, ut molestis incommodisq; immittit eos confectari arbitretur, in quæ diximus modum afficiat. At senes, in quibus ut omnia frigent, animique pariter atque corporis torpent uires, et ingenium deprauatum est, ita rerum præteritarum memoria uiget, cum sæpe lapsi à concepta se aberrauerint; sæpeq; decepti ac permulta experti, quam uitiose, quam corrupta sint res humane, ut minime stabiles, quantaq; indifficiliter uertantur, optime calculant, atque etate longius prouecti animos demittant, et longa uitæ usque rerum plurimarum quanto labore bona comparantur, quam facile amittantur, didicerint; nihil se scire proficentur, nihil est de quo disceptando non dubitent, nihil affirmant. Ratiocinatione magis, quam nature et animo insita informatione ducuntur. Illa enim ad commoditate hortatur, informatio na-

Invenum af
fectus.

Seniority.

ture ad uirtutem. Cauti sunt in agendo, astuti, timidi, pusillo, imbecilliq; animo. Qui nihil, quod amplum magnificumq; sit, nihil quo hominum uita non egeat, appetant, parci, ac potius iliberales seruande rei, potiusquam paradas studiosi, utilitatis, quam honesti appetentiores. Qui nimio sui quidem amore teneantur, honestum uero sua uia ac per se omnino parua spe, cum uite parui superstiti, uiuendi ed cupidiores, quo minus sibi uite reliquum esse perspicunt. Nam absentia desiderium parit, quodque deest, id plene desideratur, ac cupi diuites minime incitant, quæ uel proflus abierint, uel fracte debilitataq; sunt. Voluptatibus uenientium dediti. Qui lucro iam seruiant. Nulla in re nimis. Neq; enim uehementer amant, neque uehementer oderunt, sed ex præcepto Bian- tis ita amant, ut aliquando sint ofendi, oderint, ut aliquando amaturi, procli- ues ad irascendum, sed breui infirmas, iras haud faciles ad credendum, inue- recundi, aut quia non putant se habere, quem meriti uereantur, aut quia si- bi existimatio cure non est, suspiciosi, loquaces, maledici, propensi non mi- nus ad se laudandos, quam ad accusationem aliorum. Queribundi, difficiles, morosi, non faceri, non urbi ani. Procliuas enim ad conquirendum abhorret à studio iocanti. Inuiri potius detrimento inferendo, q; contumeliosi, parati ad commisserandum, non qua quidem humanitate adolescentes, sed animi æque, atque corporis imbecillitate, qua cum inuirs fortune se expositos ut- deant, omnia sibi incommoda putant imminere. Recte enim apud Sophoclem Theſeus, qui Oedipodis calamitosissimi semis miserebatur.

Non ei quidem, homo cum sim, dies ut exstima.

Futura sit mihi nibilo magis quam tibi.

Nihil in summa ferè est, quo non seus ipsi atque adolescentes afficiantur. Quorum autem etas iam cõstans iuriditatem habet, quæ media dicitur, tan- quàm inter senectutem, adoleſcentiamq; interiecta, hi quidè sanè quod utriq; minimus est, rejiciunt. Neque enim uehementer confidunt, neque ualde formi- dant, sed nihil non caute & consideratè adoriuntur. Neque temere omni- bus credunt, neque omnibus fidem abrogant, at de singulis ex ueritate iudicium faciunt. Neque uel quod honestum, uel quod utile est duntaxat, sed utriusq; in omni actione sibi proponunt. Neque parsimonia, neque largitione delectan- tur, sed quod decet potissimum conſectantur. Neque in a exardeſcunt, nec libi- dine permouentur, ut à temperantia recedant, sed cum fortitudine modera- tionem coniungunt. Atque omnino ita niger hæc etas, ut quæ adoleſcentia, quæ senectuti comoda, propriè partitèq; tribuuntur, horum omnium particeps sit. In quibus utraq; finibus moderationis excedit, aut eos non attingit, mo- dum quendam, & quod comenit, probè admodum seruet. Ac si quæ in etate hominis reperitur ille mediocritates, in quibus ponuntur uirtutes; in hæc certè quidem deprehenduntur. At uerò ut convenientes fortune mores osten- damus, ducuntur nobiles à ambitione, honorumq; cupiditate, ut antiam ageat

claritate, quæ tñ ita gloriant, quæ quo uetustior est, eò clarior gloria, ut nouos boes etiã similes maioris stori, qui nò à parètibz accepti, sed ppria partam uirtute posteris nobilitatè reliquerūt palam despicat. Ope aut, affluensq; rerū copie nò modò effeminat animos, delicatosq; efficiunt, sed etiã inflant, ad iactandas contumelias rapiunt, ad eā insolentiã, arrogantiamq; adducunt, ut earū ostentatione elati, quasi hæc sit humana felicitas, præter modū sibi placeat, ce- teros contemnant, liberos ingenuosq; boes cedat, stupra in domos honestissimas intrat, sese maximis dignos imperijs ceseant, oia sibi licere arbitrent. Quã illa- rum ea quidè profecto comendatio uulgata est, ut summo habeant in pretio, atq; in opulentiã maxima hominū dignitas colloct, cū pleriq; sint, qui egeant opulentiorū, atq; pecuni: nihil nò emi posse uideat. Quid multa? in diuie insi- pientis fortunati, quo nihil intolerabilius fieri pōt ingeniū apparet. Ille enim ementè se esse præfert æque, atq; felice, & uerò ita deterrimus, ut nonisimè locuples factus est. Ignorat enim q; nuperrimè locupletatus est, ut rectè di- uitis uatur. Age uerò, potentia ut hæc eadè sequitur, nōmlla etiã meliora? Nā portes boies, quo splendoris amplitudinisq; plurimū afferunt, ea diligētissi- mē curat. Atq; ut ambitiosiores, honorumq; cupidores habetur, sic etiã fore- tiore altioresq; animo eminet, & honestiores quidè sunt, q; grauiores. Nam di- gnitate, qua ceteris ante cellus, ut honorati ipsi, clarioresq; redduntur, sic fit, ut modestius se gerat. Hæc enim animi præstantia dignitate præ se ferēs gra- uitas quædā mollis est & honesta. Ab ijs inuria si qua sit, magnis nō paruis in rebus cuiq; imponit. Quibus aut ita sanet fortuna, ut fortunati appellètur, cū ad corū opes, ceteraq; bona externa proborū percatio librorū, palebrizq; ac ualidū corporis dona accedat, superbiore illi enadit rationisq; minus par- ticipes. Quo tñ inter mala id tantū elucet boni, quod mira Deū colui pietate, cū illi accepta referat felicitate, qui ipsi p̄sumunt. Secus aut quæ dubia re- affectos esse, quos fortuna despexit, quibus magna uires, uentū sunt, q; paupere opprimunt, quibus deest generis clariūdo? Qui uerò qdq; genus deceat fratres, dilucidè p̄p̄xerit, q; norit, quo pater, quo filius, quo uir, quo cōiux, quo frater, quo soror modo affici cōsueuerit, quo deniq; inter se familie differant. Solet e- nim in nobilissima quaq; familia laus aliqua florere, in qua eius nobilitas cō- sistit, ex quo fit, ut q; claro genere nati sint, nobiles dicant oēs illi quidè, at ni- si maiorū imitent uirtutes, generosi nō utiq; habeatur. Et enim Soli uirtetas regione ita familia clarissimorū hominū factus illustrat. Nec dubitandū est, quin ut agrorū fertilitas interdū exareſcit, quæ postea in pristina copia re- ceat, sic uirtute præstatisimorū fœduditas uirorū amittit, quæ debine parili- aliq; abundantia uigeat. Est igit cognatio, in qua q; nascunt ingeniū maxima celeritate nateat. Ab ea q; degenerat, ad insanā deſectat. Et q; ab Alcibiade, q; a Dionysio superiore originē ducebāt. Est & in qua nascunt, q; graui, stabili- liq; ac firmo ingenio excellāt. De hoc q; declinat, solidi, hebetesq; enadit, ut q; a Cimone, q; a Pericle, q; a Socrate oriū habebāt. Qui porro sint nationū, q; gen-

Opulentiorū

Potentiorū

Fortunatorū

Secus efficitur

hic bonat deu

sunt

Qui quodq;

genus deceat

mores quomodo

de persiciatur

Qui nobiles

dicatur, qui

generosi

Qui a maiori

bus degene-

rant, quo de-

clinent

Qui nationū

gentium, cui

nati sunt mo-

res

Quam varia
sint hominum
ingenia.
Instituta.
Studia.
Artes quam
variae.

Affectu cuius-
que oratio-
nis ad ea in qui-
bus mores p-
speciuntur ac-
commodata.

Sua in quoque
genere morum
probitas in-
spicienda.
Femina pro-
bitas.
Sermi laus.

Mores cuius-
modi sint qui
cognoscantur.
Conuenientia
morum atten-
denda.
Similitudo.
Aequalitas.

tū, qui ciuitatū mores, q̄ instituta, q̄ deniq; ingenia, ut singula natura instituit, & creauit, minime ignorabit, qui q̄ philosophi de republica scripserint, cognoscer. Multū enim interest, Grecus an Barbarus loquatur. Atticus an Lacedaemonius, Atheniensis an ne Spartanus. Quam varia sint hominū ingenia, quam multiplex institutū, nemo sanē ignorat; cum humaniores alij sint, propeioresq; ad diligendum, alij uero imbutiores, seuiores alij, alij remissiores, partim gloriā, partim opum audiores; & quarum quidem rerum ducitur cupiditate, ad eas omnia consilia referant. Nec quisquam dubitat, quin alias artes, aliaque studia, alia Medici, Milites, Oratores, Agricole, ut in actione, sic etiam in loquendo inter se differre uideantur. Nā purgare, & incidere, ceteraque id genus, cum artis uerba sint, tamen interdum ad corpore ad animum in sermone Medicus transfert. Itaque ad etatem, ad fortunam, ad genus, ad ingenium, ad institutum, ad artem, aut ad inertiam, ad uirtutem denique, aut ad uitium cuiusque orationem, actionemq; accommodari oportebit, ut qui agit ac loquitur, eius que sit etas, que fortuna, quod genus, que gens, quod ingenium, quod institutum, que ars, aut que inertia, que denique uirtus, aut quod uitium, facile cognoscatur. Horum quodlibet, qui pretermiserit, malus erit Poeta. His cognitis ut oportet, atque perfectis, intuentium est, uti sua sit in quoque genere morum probitas. Nam & mulier proba est, & seruus quoque probus, etiam si deterius sit alterum, & alterum omnino prauū, & uitiosum. Illa enim, ut femina est, propter pudicitiam atque modestiam laudatur, ut uxor, tum in officio ac fide in uirū singulari, tum in re familiari diuigentissimē seruāda gloriatur. Hic uerō probatur, cum sedulus ac diligens est in parendo, & animo in dominum fideli. Quale autem animi propositum & institutum esse, ut diximus, aut uerba aut actiones ostendunt, cuiusmodi esse morem, ex probro probum, ex improbo improbum plane perspicimus. Deinde conuenientia morum attendenda est, nam uirile esse, & grauem, & eloquentem, uirum decet; feminā non decet. Tum similitudo. Iam uerō aequalitas. Quem enim effingimus, hunc semper uniusmodi, siue, si uultus offendimus. Si quem autem sui dissimilem & inconuenientem inducimus, is quidem aequaliter inequalis appareat oportet, ut de Terentiano Demea dictum est. Quin etiam ut in ipsa rerum descriptione, sic in moribus exprimendis, quod uel necesse, uel uerisimile sit, tueri debemus. Talis enim quisque inducendus est, qualem esse oportebat; aut qualem credendum est extitisse; ac certē qualis ut esset, eius institutum postulabat. Itaque hoc reprehenditur, quod Menelaus in Oreste improbus, cum minime necesse esset, inducitur. Indecora & inconueniens tam Vlyssis euulatio in Scylla, quā Menalippes oratio dicitur fuisse, cum ille muliebriter affectus, hanc uirilem in modum locuta, ac potius philosophata uideretur. In Andride Iphigenia sibi non constat, que cum muliebri uirginaliq; more supplex necem deprecata esset, postea mutata sententia uirili fortique animo pro tota Graecia sese

cia sese obtulit ultro ad immolandum. Postremo imitandi sunt optimi pictores, ut quemadmodum illi pulchriores depingunt, imaginem propriam uerāq; simillimā expressuri, ita magnanimos, timidos, industrios, ignauos, mites, iracundos, ac cetera morū genera descripturus poeta, quod sepe admonuimus, de sua quodq; exemplum specie sibi petet. Nā in Achille sim bellicam, & ferocia Homerus, in Aenea pietatē & fortitudinē Virgilius effinxit. Cum autem quibus animis permouetur, q̄ quidē uel amare, uel odisse, uel timere, uel cōsidere, uel mitari, uel irasci, uel agere impudēt, uel erubescere, uel benefacere, uel gratia habere, uel misereri, uel indignari, uel inuidere, uel emulari dicatur. (Nā ut aliqua harū perturbationū afficitur, ita quisque letatur aut dolet) differendū sanē esset, quomodo, quibus in rebus, in quos amor, odiū, cōfidentia, timor, mīsericordia, ira, impudētia, pudor, beneficentia, debitor gratiae, cōmiseratio, indignatio, inuidia, emulatio paretur, nisi abundē hoc ipsum exposuissent, qui oratoria praecepta tradiderūt, aut scibi ostēdi oportere, alio certē loco id fieri aptius posset, q̄ cum tragica erūt tractandae actiones, q̄ plurimū in excitandis affectibus uersantur. Quia uerō multa dicta sunt de hac morū ratione, & de permotionibus animi, praetercedendū non est, quod etsi ferē sit nunq; ut aliqua perturbatio de scribat, quin animi habitus exprimat. Tamē quod cedes, uulnera, cruciatus, ceteraq; id genus doloris miserationisq; plenissima cōprehendit, hoc propriē priuatimq; poema patheticum, ut Ilias, quod eiusmodi rebus caret, mores autē aptissimē ante oculos ponit, minoresq; exprimit affectus, hoc moratū appellatur, ut maxima ex parte Odyssaea. Aeneidis quoq; sex libros priores, quarto excepto, moratos, reliquū opus pathetici cum appellares. Quoniam latē, planēq; puto me dixisse quemadmodū facultas Poete uersetur in poemate fingendo, qua quidē in re ois consumitur inuentio, inuentionē aut cōsequitur dispositio, cōsequens est, ut qui inueneris, quomodo tibi sint disponenda doceamus. Probē enim inuenta, nisi suo quēq; loco, ut decet, collocentur nō modo erunt obcurae, & carebunt quo maxime illustrent, sed siquid operis ex his cōficias, id prodigij sanē instar habere. Ac si non minus poete, q̄ oratori de dispositione tenenda sunt, quae in uasione, in laudatione, in quaenq; alia uarietate orationis, in qua ille oratorie uertatur, seruari debent, quia in hac abundē tradiderūt Rhetorici scriptores, satis pfecto erit, unde hac peti possint, ostēdisse. Quē uerō in modū, quo ordine, qua ratione hec ipsa, ex quibus cōficuntur poema, sint collocanda, intelliget dilucidē sanē, qui memoria tenebit, q̄ de utraq; operis partitione praecepta sunt, ut exordiamur, deinde narremus, ut prima, ut media, ut postrema habeat fabula. Quā longa illa sit, unde inchoetur poema, quo uel illud proferat. Narrationis unde initij, ubi sine faciamus. Quo loco affecta, quo extrinsecus inducenda ponantur. Quae deniq; colligatio, qua solutio cōprehendat. Atq; hac quidē inuense de operis dispositione. Quot uerō singulorū poematū sint partes, quae deinde illarū collocatio, planē cū singula genera tractabunt, exponet. Cum haec dixisset

Quomodo
imitandi sunt
optimi picto-
res.

De affectib.
paratū, quo
loco differre
dum sit.

Quod poema
patheticū sit
Quod mora-
tum.

De dispositio-
ne.

Syncerus silentiū est consecutū, qm̄ qui eū attēdē audiebāt, ut ad reliqua progredieret, expectabant. Tū Summontius, quid est, inquit, Scortiane quod taceas? num oblitū es, quod à Syncero præterea sit tractandū? Ego uerō inquit, memoria teneo ex his, q̄ dicta sunt ad uim & ad naturā poematis attingere, & quale sit illud, præ se ferre, cū sex p̄posita essent, de fabula atq; moribus quidē satis, præterea nihil esse explicatū. Atq; de fabula cū multa exposita sint generatim, de paribus ut præsententur, puto nō pauca superesse. Probē, inquit Syncerus, q̄ reliqua sunt ut explicētur, Scortianus repetiuit. Neque ego hac aio deposuerā. Quia uerō & sententiariū & uerborum ornāmētā, quā q̄ sit eloquendū, ostendēt, melius exponet, usque dum ad eā partē, quæ tota elocutionis est, perueniūt esset, hæc pertractatio mihi differēda esse uidebatur. Cetera, q̄ de fabulis singulatim essent explicanda, putabā par esse, cū ego plurima dixissem, ut ab his, quā pauca dixerāt, requiratis. Nā de spectatione atque de canu, cū aliene sit utrūque facultatis, nō est, opinor, quod expectetis, ut hos loco differatur. Tū Summontius, perge, inquit, ut insitūssis Syncero, nisi manū es, præstitisti. Videlicet hoc, inquit Syncerus, quod diuturno studio loq̄q; exercitatione uideor cōsecutus, et quidē illo in genere, in quo iādū me uersatū esse inficiās ire nō possum. Id quātulūcūq; est, quā primū p̄stabo, si in qua quisq; se maximē exercuit poematis ratione, de illa se dictū esse recipiat. Ita enim nihil propē reliquū erit, quod in hac poetæ institutione desideremus. Tū uerō cū oēs arsisse sent, quodque ille postulabat, hī modo eū audirē, libetē sanē recepissent. Quādoquidē Epicū, inquit, genus est ut arbutur uobis esse perspetum. In quo me nō pōnēt, & laboris & tēporis plurimū impendisse de illi mihi quidē quæ reliqua sunt, ut in mediū p̄ferat, q̄ pauca sunt. (Cū enim de poemate dicerem, de illi ipso me multa dicentē audire potuissis) hæc planē exponi. Ac multorū generū esse, q̄ carmine hoc describi solēt, nemo sanē ignorat. Nā in humili & attenuata materia, ut inq; quæ ad pastores attinēt, in magna atq; graui, ut in rebus diuinis, & in his, quas hōies præclarē gesserūt. In mediocri, cuiusmodi sunt rerū præcepta, hæc ratio uersat. Quæ admodū a summiū illud genus tractandū esset. In Aeneide planē deprehēdes. In Bucolicis quō in hīm. In Georgicis quō illud, quod iter hæc mediū locū tenet, quoq; sunt Lucretius, Cicero, Pōtanius. Ac tres Epicæ rōnes dicēdi cū sint, simplex q̄ primatim Epicā uocat, cū Poeta nunquā ponit p̄sonā suā, Bucolicā, cū aliā addit induit, ut ipse nihil, aut pauca narret. Heroicā quā cū ipse interdū dicat, tum alios, qui loq̄antur, inducit, quā minimē poetica illā primā haberi uoluit, tum maximē spectare ad poetā reliquas arbitrat̄. Itaq; illā prætermisissā, in qua minimū artis est, de his, quæ ad poetā institutū requiruntur, dicemus. Atque ut ab Heroica ordiamur, principio singulis admonēndū, q̄ ad poemata cōficiendā seruanda esse docuimus, illa eadē esse in hac parte cūstodiēda. Nā poematis Heroici mēbra, quæ quātū sit illud planē ostēdunt.

Quæ reliqua
sunt ut per-
tractentur.

De Epicæ ge-
nere.

Attenuatū
Summū.
Mediocrē.

Simplex ge-
nus Epicæ,
Epicū, Bu-
colicum,
Heroicum.

De heroica
poesi.

exordii & narrationē esse oportet. Quibus aut locis, quot modis & ordiendū & narrandū, quot genera sint utriusque rei, quæ uirtutes, sic latē ac tam abunde reor demonstratū esse, ut ex his nihil profectō sit hic repetendū. Nā ratio uerō hæc, de qua agimus, sit, si poeta, ut est in Aeneide, cū p̄ se ipse, tum p̄ eos, quos agētes facit, loquat̄. Diuiditur aut in quor libros siſcepta res ipsa postulat. Nā & Ilias & Odyssea in quatuor & uiginti, Aeneis in duodecim uolumina diducta est. Ego uerō de partu V̄rginis opus tribus libris conseci. Quā satis singuli crescat libri, & si nō est, ut possit certa quadā lege definiri, cauēdi tū est, ne aut p̄pter exiguitatē uolumē nix appareat, aut nimia mole sensu mētis pariter totū nequeat cōprehendi. Atq; intelligēdū est, nō aliā ob rem in libros poemata diuisum atq; distinctū esse, q̄ ut facilius & percipi aō, et memoria seruari posset, ac ne cōtinuata, & perenn, et irrequieta narratione angustis animæ spiritū intercluderet, atque sine ulla uoluminū diuisione molestiā, & satietatē, & confusione legentibus afferret. Vt enim perfectæ actionis, quā Poeta effingit, quedā partes sunt, quæ inter se ita seiunctæ & aptæ, ut alia quidē ex alia pēdeat, rem totā absolutā, eodem ordine in libros diducitur Poema, quibus tanq̄ præcipuis mēbris opus interpenctū atque distinctū perfectionē cōsequatur, uidelicet ut suā quodq; poematis uolumen partē actionis cōplectatur. Nisi quod præter actionē illā absolutā ut exprimat̄ur suscepiat, extrinsecus quedā assumuntur, quibus cū opus augeatur, hæc nō modo uoluminis partē, sed totos etiā libros interdū explemt. Quod in Homero & in Virgilio planissimē deprehēdes. Quāta uerō narrationis uniuersa sit magnitudo, postea liquebit. At partes, quæ ad uim atq; speciem huius poematis attinent, quatuor statuum, fabulā, mores, sententias, uerba. De fabula quidē atque de moribus, quæ latissimē diximus, hæc ipsa tenenda sunt. Nā procul dubio est, hoc genere, qui agāt, effingit, eamq; actionē esse unā, atque integrā, & p̄fectā oportere, cui neque principii deſit, neque finis, ut illa æquē ac toti quoddā animal primatim habens, quod spectatibus attēdēt uoluptatem, ita absoluta perpulchrē animos oblectet. Nec dubitandū est inter hæc Epicā narrationē, & historiam plurimum interesse. Quippe Historicus nō unā cōplectitur actionē, sed tum quotcūque res uno, eodemq; tempore gestæ sunt, quotq; aut unī aut pluribus acciderunt, quæ singulæ inter se temere ac fortuitū tō apte sunt & connexæ, tum res multorū amorum, quæ inter se ordine quodam consequuntur. At enim quemadmodum quæ temporibus eisdem enue-niunt, cū ad Salaminā Athenienses nauale prælium fecissent, in Sicilia Carthaginenses pugnaſſent, non eundem finem attigerunt, ita diuturna quadam amorum consequentia, ut bello Punico, ex alijs alia ceciderunt, quorū exitus non sanē est idem. Poeta uerō quæ unum eundemq; exitum habent, cū inno poemate cōprehendat, ne illa eadem, quæ unī tēporibus isdem una eademq; actione obtigerūt, si multiplex illa quidē actio fuerit, cōplectat̄, et si a nōnullis id factum cōpries. Nā Cypriata, & Ilias parua cuiusmodi fuisse perhibentur.

Poematis
partes quæ
uolumen cōſti-
tuit.
Exordium.
Narratio.

Quare diui-
ditur opus
in libros.

Poematis
partes nim
& p̄ficiem
continentes.
De fabula
Epicā.

Itaq; iure optimo diuini, ac præ cæteris oïbus admirabiles, Homerus atq; Virgilius habent. Neq; enim ille q; uot gēse re essent ad Troiā, neq; hic oïa quæ uel fecissent in Latio Troiani, uel pertulissent, ad effingendū sibi pposuit, etiā si utrūq; bellū ita præclare absolutū esset, ut nō obscurē inchoati. Cum planē perspexissent fore, ut uel tātis totq; rebus expositis poema ferē immensum cognitūq; difficillimū enassisset, uel si longius q; decet, nō excreuisset, esset ut ique tāta uarietate inculcatū. Nā moxæ historico si breuiter q; gesta erāt, exposuissent, opusq; nullis episodjjs exornauissent, poemam pulchritudine sua exuissent. Sed q; ex illis præclariora uiderent, dignioraq; memoratu, ac tota quadam unaq; actione cōprehederent, ea pfecto suscepit, ut essent perscripturi. Ad locupletandū porro opus multa, eaq; dissimilia introduxerunt. Ac planē ostēderūt q; unde incipiendū esset, q; quousq; procedendū. Cum enim ex multis rebus, q; præstent, eas ad exprimendū delegeris, quo illæ ordine euenerint, describēdas tibi putes. Nā extrinsecus inducta, ut cum de fabula diceremus, ostēsum est, faciūt ut tum ab extremis, tum à medijs poetæ clarissimi initiū sumplisse uideant. Cum autem fabule solutionē nusq; illis esse locus nō possit. Quippe q; occupare cū initia poematis solita sunt, anteq; fabula cæpta sit explicari, tum etiā media. Introducunt enim persēpe q; ante res ad exprimendū propositas euenerūt, q; q; sunt postea subsēcuta, ut sanē docuimus, cū de hac parte disputaremus. Progrediendū uerō est quousq; tota illa actio, q; ut effingeretur, suscepta est, absolutā, atq; insigni quodā euentu concludendū, ut Hectorē Homerus, Turno Virgilius occiso, finem poematis fecerunt, q; quidem hūc scio an mirabilis hic noster, cum ad terribilem miserandūq; exitum, opus perductum horribicē ac p̄turbat, nec sine audientis miseratione terminauit.

Hoc dicens, ferrum aduerso sub pectore condit,

Feruius, ast illi soluentur frigore membra,

Vitāq; cum gemitu fugit indignata sub umbris.

Exiunt fabula.

Quam longa si fabula.

Quāta uerō hęc actio sit, q; q; longa, nō facile circūscripseris. Id porro cōsensu omniū cōstat, neq; adeo magnā esse oportere, quā sanē totā simul cōspicere, cōspectāq; memori ac cōplecti nequeamus, neq; ulterius pducēda esse, quā ubi fortuna fuerit pmutata. Quā quidē de re suo loco diximus permulta. Hoc autē erit, si ipsi uerū cōtextus minores fuerint, q; quos olim Vēteres fecerunt, sed quousq; Tragædiæ cōp̄lata ad unā auditiōē accōmodatæ, pferent. Nec tragicas tñ fabulas totidē, quot uel Cypriacis, uel parua Iliadē cōtinent, cōprehendē. Tñ ex his q; parua Ilias complexa est, illæ Tragædiæ factæ sunt. Ar morū Iudiciū, Philoſteta, Nēoptolemus, Eurypilus, Mēdicitas, Læcæ, excidij Ilj, Rēditus Græcorū, Sinon, Troades. Verū tam ex Iliadē Homeri, q; ex Odyssæa unā, aut duas ad summū, ex Aenēidē totidē efficeret, nisi Troiā euerſam, Priā mi fortunā, casum Laocōntis, Polydori obrūtū, q; quā sibi Didos, q; q; si bi Amata necē cōstituit, ac si quā sunt alia, q; præter fabulā inducitur, adq; eres. Nā Heroicū poema perinde ac p̄p̄riū sibi assumpsit, quod asse-

qui nullū sanē aliud potuit genus, ut in magnitudinē excreſcat, cum sit ratio narrandi. Quia uerō narratio nulla non multa, que simul fiant, completi potest, hęc etiam que unā agantur, plura conſingit, quibus p̄fecto operis moles augetur, ac tanquā uterus turget.

Dum enim Aeneas Virgilius cum Rōge Arcadium Euandro iuit societatem, cuiusq; consilio de Thūscis auxiliis comparat;

Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur;

Irim de celo misit Saturnia Iuno

Audacem ad Turnum.

Qui eo quidem nuntio excitatus ad oppugnanda Troianorum castra exercitum duxit, ac ferro igniq; euerſionem molitur. eodem tempore,

Mittit & magni Penulus Diomedis ad urbem.

Qui petat auxilium.

Tamq; arma Aeneas Vulcanus coniugis blanda prece fabricatur, quibus ille & reſtus, & ad nocendum paratus cum hoſte pugnaret. Itaque hac p̄rogatiua & magnificentiæ multum habet, & auditorem subinde lenat. Accedunt enim ut uberior utrumque preſtet, uariæ dissimilesq; rerum ac personarum, que sunt extra fabulam, inductiones. Contrā uerō Tragædiæ, nec multa, que simul eueniūt, exprimit, cū id tantum imitetur, quod in scenā afferri possit, & per actores effingi; nec plura, nec diuerſa, que sint præter actionem propositam, introduct. Quorum similitudo cauſa est, cū afferat audienti ſatiētiā, ut ad exitum illa celeriter festinet. Nihil enim potius est ad releuandum, quā rerum uarietas earum, que narrantur. Atque ut aliquando quanta sit huius generis magnitudo, quodammodo p̄scribamus, si Homeri atque Virgilij poemata expendas, actionem rerum, que intra amū actæ sunt ab utroque susceptam ad exprimendū comperias. Quęcunque enim anteq; in Italian Troiani nauigaſſent, exponuntur, ut diximus, extra fabulam ponenda sunt. Conſtat autem ſeptimo anno ab Iljo exciſo nauigationem illā fuisset, ut est apud ipsum illum poetam.

Septima post Troiæ excidium iam uertitur æſtas.

Nec multo postquā ad Latium Aeneas acceſſiſſet, conſentaneum est & ceptum esse bellum, quod ille geſſit cum Turno, et proſtigatum. Nā de Homero quis dubitet, cū quā tempore nō breuiores peracti sint, utraq; fabula comprehendat. Si quis enim hęc ipſa obſeruauit, & ab ira Achillis excitata ad Hectorē interfectū, & ab editu Vlyſſis per Minervā imperato ad procurum necem paucos menſes interſuſſe reperierit. Hęc Syncerus cū dixiſſet, atque animaduertiſſet adoleſcentes inter ſe tacitē collocutos, ac si aliquid dicere uoluſſent. Agite, inquit illos intuens, anteq; ulterius procedā, prodite palām quicquid est, quod mente agitatiſ, ne quid nos torqueat, si quid est, quod uel dubium eſſe, uel pugnans, uel absurdū exiſtmetis. Turno Coſſus, Quando, inquit, quod ne in medium prodiret, pudore interceptū, metus.

Tragicæ breuior, & actiones & inductiones, quā Heroicæ.

De Aenēidē.

Ilias. Odyſſæa.

De Epifodij
cur extra fa-
bulam ponat-
tur.

Quid est quod
sua poſſit ſub-
roica plures
Tragedias
continuat.

Fabula quo-
modo mixta.

quoque interpellande orationis tus intercludebat, hortatione iſta tam libera-
rali extra omnes anguſtias exuſiſſi, liberè; dicendi quod cogitamus, pote-
ſtatem feciſti; requirendum mihi uidetur, quid eſt, ut extrinſecus inducta, ac
præter fabulam poſita dicantur; que cum ipſa connecti fabula poſſunt, &
apertè accommodari. Neque hæc eadem explicet poeta ipſe itaquam propoſita
ad dicendum; cum minime à re ſuſcepta, ut eſſingatur, abhorreant? An non
& Vlyſſis errores, & Aeneæ tam appoſitè inter ſe coherent, ut una fabula
contineri poſſe uideantur? Qui & ſi alio, quam euenerint, ordine exprimi-
untur; hoc poetæ illi facere poterunt; ut ea uarietate faſtidium longè et con-
tinuata narrationis uitarent. Hic Thetis, Ego uerò, inquit, cum audiſſem &
Tragicam & Epicam actionem integram unamq; eſſe oportere; in dubiū re-
uocabam, quo modo id probari poſuiſſet, ut Heroica poeſis plures Tragedias
completeſſatur. Pugnare enim hæc ipſa arbitrabar, ſi utraque actio una eſſet,
& abſoluta, ut altera plures alterius generis actiones contineret, aut cõtra ſi
Epica fabula plures Tragicas comprehendat, ut utraque fabula una ſit &
perfecta. Immo uerò ſi Tragica una eſſet, non unam eſſe Epicam uerò ſimili-
tudine ducebat. Ex quo puto factū eſſe, ut qui de Theſeo, qui de Hercule ſcripſit,
qui res Cypriacas, qui Troicas copioſiſſimè pertraſſant, ita longum ac tam
multiplex tamq; uariū fecerit poematum Heroicam poeſim longius pro-
ferri poſſe ueteres illi exiſtimarent, eaq; complures actiones cõprehendi. Ne-
mirum ſit Papinium de Achille ſtatuiſſe, que Homerus non dixiſſet, illa omnia
ſe carminibus complexurum. Nec uerò quod Ariſtotelem ſecuto tibi pla-
cet Syncerè, id omnibus probatur, una eſſe fabulam; quod res unius actionis,
non quia de uno memorantur, continet. Nec minime cõſentaneum uidetur,
ut ſi de uno nequaquam diuerſa, quæ tempore inter ſe non aptentur; ad certè
plurima, quæ ſerie multorum amorum coherent, una fabula connectantur.
Nam quod unum eſſe dicimus, id non uno modo capi ſolet. Tum Syncerus,
uidere, inquit, adoleſcentes, quatinus in hoc genere ſim princeps. Non ſanè mihi
id, niſi admonito, ſuccurriſſet ut poſſitis merito exiſtimare, quæ dixi, & quæ
uideor nonnuquam eſſe potuiſſe, hæc uſa atque exercitatione potius quàm
aliqua doctrina me præſtiſſe. Ac res quidem iſte, quas ego, quia non dum in
mentem uenerant, uidebar omiſſiſſe, cuiſmodi ſunt, ut quoniam dubitationem
afferunt, faciuntq; controuerſa, quæ pro certis atque conſeſſis ego ſumebam,
attendendum eſt, ne plus habeant quaſtionis, atque proſpiciendum ut proſis
reſellantur. Sed tamen quæ diſcruiſmus, ſi quis uſtrum diligentius inſpexerit,
ut utramq; tollat dubitationem, non perfectò multum laborabit. Ut enim
unum poema eſt, eò quod una eſt fabula; ſic fabulam, quia unius actionis eſt,
unam eſſe contendimus. Nam quid aliud fabula eſt, quàm rerum, quæ agan-
tur, conſictio? unum uerò eſt, aut uerè, ac proprie, atque per ſe intelligitur;
quod ab omni compoſitione omniq; coagmentatione eſt alienum; aut contin-
tione rerum, partiumq; conuenientia; quod ex hiſce quidem, quæ cum mul-

ta ſint, inter ſe tamen apta, & colligata conueniunt, conſectum eſt. Itaque
ex illis rebus unum quiddam conſicitur, quæ ad unum eundemq; pertinent ſi-
nem, atque ita inter ſe coherent, ut non temerè aptæ, connexaq; uideantur.
Sed ea ratione, ut ſi hoc eueniſſet; aut uerſimile eſſet, aut etiam neceſſe, ut
illud quoque contingeret. Tam uerò quod ex appoſita partium coniunctione
unum atque integrum eſt; huius quidem ſue mutaueris, ſue dempſeris quic-
quam totum planè ipſum labefactes, ut inuiles, neceſſe eſt. At multa re-
rum genera ſunt, ex quibus nihil ſanè, quod eſſet unum, efficeret; uel quia
congruere nequeunt, ut neceſſariò, aut uerſimiliter totum ſe conſequantur;
uel quia non eundem exitum attingunt. An quæ locorum, quæ temporis uar-
ietate diſtinguuntur, ſue uni, ſue pluribus obuenerint, hæc ita poſſunt aptari,
eundemq; finem inuenire; ut merito una ex hiſce fabula conſectur? Quippe
quorum commodorem fortunam alia, alia incommodiorem habuerint. At-
que etiam ſi eundem in modum cecidiſſent, id quia temerè factum eſt, haud
quaquam accommodatè connecterentur. Verum tamen ea de cauſa exitū ſi-
mitem adipiſci poſuiſſent. Neque enim eodem pertinebant, quæ ad Troiam,
quæq; in Latio tulit, fecit ne idem Aeneas, nec uerò quæ Mycenis, quæq; in
Itacha iſdem ſerè annis euenerint. Nec quæ in Italia, quæq; in Hiſpanijs eo-
dem bello Romani geſſerunt. Ac ne una quidem fabula comprehendere-
tur; quæ cum uaria ſint, ac permulta, ſerie tamen quadam annorum geſſa inter
ſe apta continuatione colligarentur, ut quæ Troia bello ceciderint, quando,
ut dictum eſt, uel opus in immenſam molem excreſceret, fieretq; obſcurum;
cum pariter in aperto, quod ratio quidem fabule poſtulat, totum eſſe nequa-
quam, poſſet, uel ſi intra fines uæſte magnitudinis contineretur; eſſet perfectè
nimis implicatum. Nam poeſis ab hiſtoria quid diſtaret, ſi plures actiones
completeſſetur? Et ſi enim inter omnia poemata Heroicum longiſſimè pro-
uehitur, plurimiq; comprehendit; ab hiſtoria tamen diſſert non modo, quia
non ut ſingula peracta ſunt, more hiſtorico exponit, ſed ut uel conſentaneis,
uel neceſſe eſt eueniſſe. Verum etiam quia, ut attinet ad omnem imitatio-
nem, quod unum eſt, id tantum eſſingit. Sane pictores ipſi, ſicteſoresq; præ-
ter id, quod unius eſt, nihil aliud expriment, uti cum Meleagri, Laocoonis,
Hippolyti caſum; Cum Scylle in monſtrum, in ſaxum Niobes mutationem,
Medeæ crudelitatem in liberos imitantur. Addit præterea nonnulla ad rem
exornanda, ut autem excitent, teneantq; ſpectatis. At qui Tragedias ex Epica
poeſi efficitis cõplures, ac tragicas fabulas una id genus actiones pmultas cõple-
ctare. Quid tum? putatis, ut unū ſit quod multiplex eſt, non licere; nec multa
poſſe una actione contineri? Eſto, abſurdū eſt, una actione plures, quæ integre
ſint et abſolute cõprehendi. Num poſſit à ratione eſſe, qd ex quibus fabule multe
conſingerentur, hæc ſanè fabula una completeſſatur? An non anima hominis
cum ſit una, ſi ut natæ eſt indiuiduam naturam, ſic eſſet diuiduam adeptæ,
in animas omnes diuideretur? Quicquid enim animarum ſingula genera uer-

Quid inter
hiſtoriam &
poemam in-
terſit.

dicarunt hoc unum id omne sibi assumpsit. Quam ob rem ut una hominis anima non omneis in se animas, sed anima cuiusq; uim continet, que si diuidi possit, in omneis profecto animas diuideretur. Sic una Heroica poësis non Tragedias, sed earum argumenta, aut potius semina complura comprehendit, que se iungi cum possent, in plures fabulas abierunt. Interest plurimum dicane permultas Aeneide Tragedias contineri, an ex Aeneide posse plures Tragedias conflare. Hoc enim uersimile est illud a uero prorsus alienum. Quid? humanum corpus nonne & totum quiddam, & unum est? at partes eius caput, brachium, manus, crura, pedes cuiusmodi sunt, ut quisq; per se totum quiddam sit atque unum. Quam ob rem cum singula poemata in una actione uersentur, Heroica fabula una erit. Quia uero longius proferri potest, ea complecti solet, ex quibus plures licet fabulas constringamus. Quāquam Epica imitatione Tragediam unam atque alteram ad summum diximus comprehendit, ut Aeneide Pallantem a Turno, Turnum ab Aenea interfectum. Nam reliqua Tragicarum argumenta fabularum extrinsecus ducta reperies. Nunc ad te Cossie me conuerto, nisi Thetus putat non dum sibi factum satis. Quid ni tu mihi quidem satis, ille inquit? porge uero conficere quod suscepisti, ne quē in reliqua questione scrupulum relinquas, nisi Cossio, & mihi, ac ceteris omnibus pergratum facere te piget. Id ipsum, inquit Syncerus, nunc maxime studeo. Cum enim Heroica fabula dictum sit multa comprehendit, non adeo multiplicem illam esse intelligendum est, ut inculcata uideatur, neque ita longam, ut confici tota pariter nequeat, nec sine magna difficultate sub intelligentiam cadat. Quippe cuius ex magna, mediaq; atque initia simul in aperto esse debet. Quia uero Epica poësis magnifica, splendidoq; & rerum et uerborum apparatus, ac maiestas quadam suam in magnitudinem crescit, atque ad oblectandum uarianda est, plura sanē oportet accedant, que nisi extra actionem propositam ponantur, nec ratio fabulae seruaretur; nec genus Heroicum scribendi. Si enim fabula in his omnibus uersaretur; que extrinsecus inducta commēti cum ea posse uiderentur, uel non una illa esset, uel tam multiplex, tamq; longa, ut magnitudinis fines pratergressa, satietatem asferret; nixq; tandem aut omnino non posset explicari, atque historico potius quam Poetico more scripta putaretur. Nam historicus longē repetit, longiusq; persequitur, que narrat, qua serie, quoque ordine sunt colligata, ac multa, eademq; diuersa colligat; etiam si apte atque accommodatē id faciat. Quapropter Poeta permulta, que ita cum fabula coherescunt, ut in fabula esse uideantur; sed tamē extra illam ponenda sunt, nec ipse narrat, nec alios qui hac exponant, quasi agant, inducit. Fecerunt enim Homerus Pylsem, Virgilius Aeneam, que sibi euenerant narrantes, idq; ne illa inculcarent, si cum his, que in actione sunt, coniuncta perstringissent; aut si uerbis pertractassent. (Pertractassent autem uerbis, si perinde ac fabula partem introduxissent) ne poema extra iussu magnitudinis terminos proferret. Quoniam puto hac satis esse ad obiecta diluenda,

Que induci
aut cur ex-
tra ponantur.

et diluenda, conficiamus, que de hoc genere supersint. Nisi tibi Cossie alter uidetur. Mihi uero, inquit ille, hæc omnia, que Statius adeo probantur, ut hæitationis, ne tenuissimus quidem scrupulus in animo resederit. Ac nihil sanē aliud magis expectandum est, quam ut susceptum munus perfectē absoluas. Quando ita placet, inquit Syncerus, non ignorandum est, cum fabularum genera, ut ostendimus, quatuor sint, totidem in hac Epica ratione reperiri, simplex, connexum, patheticum, moratum, simplicis atque pathetici generis exemplum; illas quidem erit. Impliciti moratiq; Odyssea. Illa enim ut neque agnitionibus, erroribusq; inopiniis, implicatur; Ita passim, que perturbent, permoueantq; animum, effingit. Hæc & uarios mores exprimit; & Pylsem tum ab Alcino, tum a nutrice, & a pastoribus agnitionem fingit. Aeneis autem cum in morum imitatione uersatur, tum maxime in perturbationibus effingendis. Sex enim priores libri quos instar habere uoluit Odyssea, maiore ex parte attinent ad mores exprimēdos. Sex reliquos, qui conscripi ad Iliadis imitationem dicuntur, patheticos esse planē uidemus. Itaque quantum genus uidetur ille adhibuisse ex pathetico moratoq; coniunctum. Tam uero ut Odyssea commissam diximus fabulam comprehendit, sic Aeneide, que minus est modi, continetur. Cum autem hæc poësis magnifica sit, atque ampla, præstantisq; præclara quadam dignitate iure, ut usus experientiaq; docuit scribendi natura duce; Carmen Heroicum uendicauit, quo nihil stabilius inter pedes numerosq; omnes, nihil grandius, nihil plenius, nihil denique ueritatis compertum est. Ex quo factum est, ut peregrina, translataq; uerba potissimum admittat. Ac si quo alio uersu uel simplici, uel ex uarietate carminum admisso ad effingendum Epici uiderentur, sanē ab eo, quod decet, longē ab errarent. Quippe hæc ratio narrandi, atque effingendi constantia, & gravitate ceteris omnibus antecellit. Senarij uero, & quibus quaternaria pedum paria sunt, celeritatis plurimum habent, ac tanquam mobiles hi quidem ad saltationes, illi ad res agendas accommodati. Qui porro multiplex, missumq; adhibent carmen, ut Cheremon, longē ab hac poësi remotiores habentur. Quā ob rem longum poema non alio quisquam uersu quam Heroo confecit, quem inuicem ex omnibus aptissimum ad eam dicendi rationem natura ipsa ostendit. Et iure optimo qui de illo scripserunt, Heroi appellauerunt. Quia enim præstat & granditate numerorum, & pedum granditate, in factis dictisq; Heroum exponendis potissimum decet. Nam eandem ob causam maximis rebus longiora orationis membra Rhetorici scriptores conuenire docuerunt. Neque enim Archilochi, neque Anacreontis breuitate Homeri Ilias decore scriberetur. Næm exiguum attenuatumq; genus cum esset, quod illi tractabant, breue citumq; carmen requirebat. Ac uerē illud.

Res gesta, Regumq; Ducumq; tristia bella,
Quo scribi possent numero, monstrauit Homerus.

Is enim est ille, qui quidem cum in hoc atque in plerisque alijs rebus in

Fabularum in
Epica poësi
genera.
Simplex.
Connexum.
Patheticum.
Moratum.

Quintus gen.
ex Pathetico
moratoque
coniunctum.

De carmine
Heroo.

Homeri la.

primis laudandus est, tum quia que sibi facienda essent, ut Aristoteli uide-
tur, unus ex omnibus poetis intellexit. Nam poeta cum imitetur, illud ma-
ximè seruabit, ut quorum actiones effingit, eorum in loquendo induat perso-
nam. Idq; tum faciet Epicus, cum pauca ipse dicet, utpote in quibus nò imi-
tatorè se prebeat, sed quos finxerit agentes, hos ferè omnia dicentes intro-
duxerit. Itaque Homerus paucis exorj, aut uirū, aut feminam statim indu-
cit, aut morem aliquem alium exprimit. Ac planè nihil non moratū con-
fingit. Contrà ceteri propè omnes id passim contendunt, ut ipsi dicant. Rarò
autem, & quidem pauca imitantur. Virgilius Homerum proximè secutus
eius simillimum se fecit, qui brevis in proœmio, ut planè animaduertere po-
tueris, post non multa posita sua, alium sumit personā. Iam uerò & ad per-
mouendum, & ad oblectandum, cum facere admirationem debeat poeta, nil-
q; omnino in quocumque genere sit confecturus, quo admirabilitas non ex-
citetur, quod Tragico potissimum attribunt, hoc idem Epicus longè magis
prestare consensit, ut qui nequaquam suscipiat personam, que agens inspe-
ctetur. Multa enim in hac poetā admiranda se prebent, que uel in Trago-
dia, uel in alio genere, in quo spectanda essent; plane risum mouerent. An
non rideas, in scena si species Achillem, qui Hectorem fugientem persequa-
tur; autq; ueter, ne quis illius telis imadat; cum hanc sibi laudem ne quis
præripit ueretur. Aut Aeneam, qui fugientem Turnum.

(Quamquam tardante sagitta,

Interdum genua impediunt, cursumq; recusant)

Insequitur, trepidus, pedem pede seruidus urget.

Atque dum ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes;

Nomine quemq; uocans, notumq; efflagitat ensẽ,

Hic mortem contra, presensq; minatur

Exitum, si quisquam adeat, terretq; trementes,

Excisurum utrem mitans, & saucius inflat.

Hec eadem quis in Epico genere non uehementer admiretur; uidelicet hic
latent, que quidem inspecta risum excitarent. At siue personam aliquam in-
duit Heroicus poeta, siue ipse rem aliquam exponit, ita singulis & rebus &
personis, uerbas, sententias, numeros, carminis figuras, luminia dicendi accom-
modat, ut suscipiendum, admirandumq; se maximè prebeat. Quod autè que
sunt admirabilia, mirificè delectent, hinc perspicuum atque euident est, cum
uerbis nemo non augeat, exagereq; quodcunque asserat noui, atq; miran-
di, quasi quod inuicendum, pergratumq; sit, dicere se putet. Nam admiratio
tum rebus mouetur, tum uerbis. Res enim sc̃tas non temere, sed prudenter,
ac mirificè inuentas, miroq; ordine dispositas, quasi ex alijs, aliè nexa apteq;
inter sese coherescant, dignas admirabilitate censemus. Quis & Virgiliani
diuinitatem ingem, et artis præstantiam non admiretur, cum legit Inuonem
uenos excitasse, ut quorum in Libyam Aeneas, qui nauigaturus in Italiam,

Epico per se
pauca, per
alios multa
dicit.

Virgilius Ho-
merum simili-
mum.

Quo admi-
ratione faciat
Epicus.

Quomodo fa-
ciat admiratio-
nem.

Admirabile
delectat.

Admirabile
delectat.

Admirabile
delectat.

è Sicilia soluerat, pelleretur idq; quam ob causam animaduertit. Disiphonè,
siue Alecto ea fuit, ab eadem illa Dea ad bellum inter Latinos Troianosq;
mouendum euocatam. Trim, que Turnum ad hostium castra expugnada, im-
pelleret, missam; Iuturnam, que fratrem ab imminenti nece liberaret, exci-
tam, per Mercurium Iouis iussu Troianum Regem à Libya in Italiam reuo-
cat. Hunc ipsum Regem ad inferos patrem iussurum descendisse, ceteraq; id
genus permulta, quorum quidem profectò nihil sine deorum consilio factum
uidetur. Reliqua uerò que non ita apparer diuina cecidisse uoluntate, nò est,
quin etiam admiranda habeantur, cum mirum sanè in modum, probeq; ex-
cogitata esse intelligantur. Hæc eadem omnia nibilo secius admirabere, et
quam decore, quo ordine inter se connectantur attendes. Quibus autem nu-
meris, quibus uerbis, qua uis sententiarum, qua denique orationis granditate
se admirabilem præstet poeta, tum erit dicendi locus, cum ea, que ad poetice
eloquendum atinent, tractabuntur. At quamquam mentitur, ut admiratio-
nem efficiat, poeta ea tamen comminiscitur, que probentur. Quis nam que
non probet, admiretur? Quomodo autem sit mentendum, Homerus, Virgi-
liusq; docuerunt. Est enim quoddam probandi genus, quo quidem hominis
cognitio decipitur. Cum enim sint, que ita consequantur, ut si hoc est, illud
quoque esse necesse omnino sit, ut, si oritur Sol, diem esse planè concludimus,
si sanè & apta rerum colligatione, ac uerisimilitudine, & eius, qui commin-
iscitur, uirtute, ut adiuncta, que ante rem, aut cum re, aut post rem solent
euenire, consequentia, que semper eueniunt, esse uideantur. Quia uerò multū
intereſt, consequens id sit, an adiunctum, fallitur quidem, qui hoc discrimen
minimè internoscit. Sed laus poetæ permagna est, id illi mirum in modū pro-
bati. Nemo est enim, cui non mirificè probetur, Asiæ uenatu bellū, quod
cum Latinis Troiani gesserunt, excitatum esse Aeneam uerò in Libyam In-
uonis uisum, Quo regnum Italie Libycæ auerteret oras. Que falsa cum
sint, cum admiratione audiendum probentur; primum ea sunt, que de Dijs
& inter se, & erga homines humano more affectis finguntur, ut amores, con-
iugia, affinitates, partus, educationes, amicitie, bella, similitates, partium
contentiones. Deinde que noua & admirabilia, uel in genere hominum, uel in
ceterorum animalium natura præter consuetudinem, præterq; opinionē tra-
duntur, ut Cadmus in Draconem mutatus, Alcyon in auem, Tiresias in fe-
minam, Ceneus in marem, & quæcunque item alias Ouidio; In noua fert
animus mutatas dicere formas Corpora, ut pēnati homines, Tritones, Sirenes,
Gorgones, Pegasi, Lestrygones, Cyclopes, Centauri, Proceræ, que admiranda
quidem sunt, & auribus iucunda, sed portentosa habentur, & à fide aliena,
cuiusmodi est, cum res inanimæ animate inducantur, mutæ eloquentes, ut
Phyllidis aduentu nostræ nemus omne urebit. Quasi eius ad

Ipsa tibi blandos findunt canubula flores.

Quomodo fa-
ciat admiratio-
nem.

Quomodo fa-
ciat admiratio-
nem.

Quomodo fa-
ciat admiratio-
nem.

Quomodo fa-
ciat admiratio-
nem.

Quomodo fa-
ciat admiratio-
nem.

Quomodo fa-
ciat admiratio-
nem.

Quomodo fa-
ciat admiratio-
nem.

Quomodo fa-
ciat admiratio-
nem.

Quomodo fa-
ciat admiratio-
nem.

Quomodo fa-
ciat admiratio-
nem.

Quomodo fa-
ciat admiratio-
nem.

Quomodo fa-
ciat admiratio-
nem.

Quomodo fa-
ciat admiratio-
nem.

Quomodo fa-
ciat admiratio-
nem.

Et ut est apud Homerum
His fundebat humus flores, herbamq; uirentem.
Ac pericunda hec quidem minusq; monstrofa, que placendi gratia fuit,
nec sine sensu & opinione quadam, ut ita dicam, obsequedi. Illa autem a uero
nimis abhorrent, minusq; habent iucunditatis, ut,
Gemitus lachrymabilis imo
Auditur tumultu, & nox reddita fertur ad aures. Et quod Home-
ricum est.

Hinc sonipes affatur equus.
Iam uero, que humanas cum longe multumq; superent uires, ut uera ta-
men dicuntur, nec sane indigna, quibus fides utique habeatur.

Saxum circumspectit ingens,
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent.

Age uero, ut que precipimus, planiora sint, que res attingantur in Heroi-
ca poesi, quam apte inter se, qua dispositiones, qua serie collocetur, differamus.
Igitur cum proposuerit poeta, que ipse quidem sit dicturus, ut,
Arma uirumq; cano, Troie qui primus ab oris
Italiam fato profugus, Laviniaq; uenit
Littora.

Solet rei suscepta rationem asserre, qua materiam probeat suam, attentio-
nemq; auditoris sibi conciliet, ut,

Multum ille & terris iactatus, & alto,
Vi superum, seu memore Iunonis ob iram.

Deinde quemadmodum natura causę euentis antecedit, haud secus ordo
postulat narrandi, ut anteq; ille ad explicationem susceptę actionis aggredia-
tur, quis auctor eius fuerit, et quam ob causam edocet, quibus quid in rebus
explicandis sit interdum, ut, quod est prisca recordationis, altę repetatur, ut

Vrbis antiqua fuit, Tyrj temere colom.

Et quę sequuntur. Iam causis rerum gerendarum, qua consilia continen-
guntur, ea quoque exponi solent, ut,

Hoc regnum Dea gentibus esse,
Si qua fata sinant, iam tum tenditq; fouetq;.

Hoc enim erat consilium, ea uoluntas Iunonis, ut rerum Carthaginenses
potirentur. Et uero hec breuis est rerum gestarum explicatio, ex qua quidē
eorum, que effingenda narrandaq; sunt, expositio dependet, ut est planius di-
lucidusq; apud Homerum in Odyssea, cum de nece sociorum Ulyssis, deq; diu-
tina illius erratione non multa exponit, causam minimę prętermittens, cur
uiro tam laudato, Disq; percaro in patriam reditus negaretur. Itaque sine
causę explicentur, siue pręterea pauca quedam ex his, que gesta sunt; id
certę fit, quo cognitu faciliora sint, qua dicentur. Tiam uero inchoat propo-
siti rei narratio.

Quam apte
collocentur
que in Heroi-
ca poesi at-
tinguntur, &
qua disposi-
tione.
Propositio.
Ratio.

Causarū ex-
positio.

Propositio
rei narratio.

Vix ē conspectu Sicula telluris in altum
Vela dabant lati, & spumas alis ere ruebant,
Cum Iuno eternum seruans sub pectore Vultus
Hec secum.

Cuiusmodi expositionis principio poetam animaduertendum est alienā in-
ducere personam, que secum deliberet, Vt,

Mene incepto desistere uitam.

Nec posset Italia Teucrorum auertere regem?

Nam Homerus, quem principem in hoc genere auctorem habemus, etiam
qui rem aliquam proponat, quicq; ea de re consilium capiant, inducit. Qua qui-
dem personarum inductione deliberationis, consilia, sententię rei gerendę ape-
riuntur. Idq; tum hoc loco, tum alibi ferē fit, antequam id exponatur, quod agē-
dum est, cum in cuiusquā uel negotij uel belli inuendi expositionem inciditur.
Quemadmodum concilia illa sunt uel Deorum, Vt,

Cæcicolę magni, quia nam sententię uobis

Versa ratio ē tantumq; animis certatis iniquis.

Vel hominū, ut cum legati Latinorū, quę Diomedes responderat, retulissent.

Ante equidem summa de re statuisse Latini

Et uellem, & fuerat melius.

He disceptationes cum sententijs per sepe contineant diuersas, in utranque
profectū ille partem, ut personę agentis ratio postulat, exprimuntur. Nomun-
quam consilia rerum gerendarum ab accersit a hęcq; personę exponitur. In-
ducitur enim Tybris amnis, qui unde sibi aduersus Rutulos Aeneas auxilia pe-
tat, in somnis admonere uideatur. Et Iris, quę Turnum doceat occasionem rei
bene gerendę, cum Dux Troianorū abesset. Sed antequam susceptū explicetur
negotium, qui fit ciuitatis regninę status, quę gubernatio, declaratur, Vt,

Rex arua Latinus & Vrbeis

Iam senior longa placidas in pace regebat. Et

Haud procul hinc saxo incolitur fundata uetusto

Vrbis Agilline sedes

Auguria quoque, auspicia, portenta, oracula, si qua sint, exponuntur, Vt,

Retinet longę uis aruspex

Fata canens. Et

Sed uarijs portenta Deū terroribus obstant

Nec mores, nec instituta silentio prętermittuntur. Vt,

Ante urbem pueri, & primo flore iuuentus

Exercitur equis. Et

Hinc sceptrā accipere, & primos attollere fascis

Regibus omen erat.

Nec sacrificia, Vt,

Fortē die solemnem illo Rex Arcas honorem

Eorum quę
discepiet in-
ducit.

Consiliorum
expositio.

Regni desc
prio.

Oraculorum
expositio.

Morum ex-
plicatio.

Antequam
res bellicae
tractentur
datus descri-
bitur.

Amphitrioniade magno, Diuisisq; ser ebat.
Quod sacrum ab Enadropaulo post enarratur quare sit institutum, & in-
stauratur. Quia uero ab Heroico poeta res bellicae plerumque tractantur, prius
quam ineat bellum, dux ipse describitur, Vt,

Ipse inter primos praestant corpore Turnus

Vertitur arma tenens, & toto uertice supra est.

Quod ab historicis quoque fieri compertum est, sed pluribus tamen uerbis.
Cum enim moribus eiusdem personae & singendis actioneq; exprimentis, qualis
quataq; ea sit, multis Poeta in locis ostendat, non sane illi opus est descriptionem
longius proferré. Nam ubi describenda occurrerit persona, de qua non multa pro-
fecto sit scripturus, haud paucis eam descriptam sub aspectum subiecerit, Vt,

Hos super aduenit Volsca de gente Camilla

De qua multa subsequuntur. Est etiam ut haec descriptio per comparatio-
nem adhibeatur, praesertim in effingendo certamine, Vt,

Desiluit Turnus huiusq; pedes apparat ire

Cominus, utq; Leo specula cum uidit ab alta

Stare procul campis meditantem praela taurum

Aduolat, haud alia est Turni uenientis imago.

Belli uniuersus
apparatus
exponitur.

Opes praeterea quae utrinque sint, quae uires, quae auxilia, quae societates, qui
belli uniuersus apparatus, quales, quantaeq; copiae, quot equitum, quot peditum
millia, quae genera armorum, quataeq; id genus praeterenda non sunt, siue res
terra, siue mari geratur, ut plane de hac praecipione Homerus, Virgiliusq; ti-
bi documento esse possunt. Qui nec legationes missas faciunt, ut,

Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem.

Nec belli denuntiationem, nec quo illud instituto indicatur, ut,

Mos erat Hesperio in Latio

Belli denun-
tatio.
Regiones lo-
cag, descri-
buntur.

Regiones praeterea, situs, flumina, montes, loca, quae copiae ductandae, quae
castra metanda sint, ubiunque fit aliquid gerendum, ante negotij quidem ge-
stionem describuntur, cum pro pace concilianda Troianis agrum, in quo illi co-
sulant, concedendum esse, Rex Latinus proponit.

Est antiquus ager Tibusco mihi proximus anni.

Aut ubi Turnus insidias erat locaturus.

Est curuo anfractu uallis, accommoda fraudi,

Armorumq; dolis.

Aut quibus Aeneas in terris esset regnurus.

Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt.

Nec silent, si quid ius in locis memorata dignum reperiunt, Vt,

Strophades Graio stant nomine dictae

Infula Ionio in magno, quas dira Celeno

Harpyesq; colunt aliae, Phinicia postquam

Clauisa domus, mensasq; metis liquere priores.

Res memora-
tu dignae.

His interdu accessit origines urbiu, gentiumq; primordia longe repetita,
quique earum fuissent mores, quae studia, quae leges, cuiusmodi quidem digressio
poesim ita exornat, ut delectationis admirationisq; plurimum afferat. Haec ne-
mora, Virgilianus Euander inquit,

Indigene Fauni, nymphasq; tenebant,

Gensq; uirum truncis, & duro robore nata.

Et quae sequuntur. Quae rerum expositio cum singula ante oculos ponat, eo-
plus habet exornationis & euidentiae, quod in ea personam poeta exiit suam.
Consilia quoque ducum, quae stratagemata uocantur, aperiant.

Consilia du-
cum explicat-
tur.

Aeneas, ut fama fidem, missisq; reportant

Exploratores, equitum leuia improbus arma

Premisit, quaterent campos, ipse ardua montis

Per deserti ingo properans aduentat ad urbem.

Furta paro belli, comexo in tramite Syluae,

Tu biuas armato obsidam milite fauces.

Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe signis,

Tecum acer Messapus erit, turmaeq; Latine,

Tyburtiq; manus, ducis & tu concipe curam

Exponunt & quo ordine duxetur exercitus, & quomodo acies instruat.

Quo ordine
duxetur ex-
ercitus expo-
nitur.

Iamq; omnis campis exercitus ibat apertis

Diues equum, diues pictisq; uestis & auri

Messapus primas acies, postrema coercent

Tyrrhide Iuuenes, medio dux agmine Turnus.

Vertitur arma tenens, & toto uertice supra est.

Horationes

Ia uero superna caneu esse puto admonere, anteq negotij gerat, induci qui
bortent, suadeat, impellat, excitet, confirmet, deterreat, iure replet, comonefaciat,
id oedemq; obcant, p ut postulat res ipsa, quod prudetes fortesq; uiros exequi
oportet. Nec praetermitti in bello cetera, quae pugnam antegreduntur, Ducum
solertiam, aut imprudentiam in acie instruenda, in loco pugnae diligendo, in co-
silio capiendo, militum aut alacritatem, aut metum, uictoriae, cladiue praefigi-
tiones, nec quae in pugnando eueniunt, constitutiones certantium, clamores, horta-
tiones, incurfus, uulnerationes, eadem, fugam, precatationes, nota Vt,

Dextra mihi Deus, & telum, quod misille libro,

Nunc adsint, non eo praedonis corpore raptis

Inductum spolijs ipsum te lause trophaeum

Aeneas. Quomodo

Nec quae pugnam subsequuntur, suum hostem, utrinque caesos, captos, so-
luta pro uictoria Dys nota, Trophaea constituta, corpora, quae inhumata erant,
burnatione affecta, Vt,

Ducum soler-
tia aut im-
prudentia in
bellici rebus
ac cetera q
pugnam ante-
grediuntur
Quae in pu-
gnae eueniunt
Quae pugnae
subsequuntur.

Vota Deum primo uictor soluebat Eoq; iuramento

Ingenatem quereum decisis undique ramis.

Constituit tumulo, fulgentiaq; induit arma

Mezenti Ducis exuias tibi magne Trophaeum

Bellipotens. Et

Iam pater Aeneas, iam curvo in litore Tarchon

Confluere pyras, huc corpora quisque suorum

More tulere patrum.

Letitiam praetera illorum, qui rem prosperè, feliciterq; gesserunt, eorum,
qui contrà, merorem, quarum profectò rerum explicatio ad affectus ciendos
plurimum ualet, Vt,

Iam uerò in tectis prædiuitis urbe Latini

Præcipuus fragor, & longè pars maxima luctus.

Hic matres, miseræq; nurus, hic cara sororum

Peccora merentum, pueriq; parentibus orbi

Dirum execrantur bellum, Turniq; hymeneos.

Ad hæc in obsidendo qua loci sit natura, qui situs, quæ ad defensionem in-
us comparata, quæ foris ad expugnandum, quæ obfessis, quæ obfidentibus ui-
er, opere pretium est ante demonstrare. Deinde quæ solent in obsidendo, oppu-
gandisq; accidere. Post uerò expugnationem quam crudeliter, quam auarè,
quanta, libidine capta urbs fuerit, direpta, incensa, excisa. Hæc quidem sanè om-
nia Vt prius in Troicorum obsidione castrorum, atque in Ilii euersione docere
re potest, quemadmodum sint exponenda. Nec secus quo tempore fiant inducie,
quo sedus feriat. Nam ut corpora darentur ad sepulturam,

Bis senos pepigere dies, & pace sequestra

Per sylvas Teucris, mistiq; impune Latini

Errare iugis.

Cum autem Aeneas cum Turno certamine bellum omne finientum esset,
idq; federe ac pactione sancientum, Aeneas sic orsus est.

Esto munus sol testis, & hæc mihi terra precanti;

Quam propter tantos potui perferre labores,

Et pater omnipotens, & tu saturnia Iuno

Iam melior, iam Diua precor, tuq; in chlyte Manors.

Latinus autem hunc in modum.

Hæc eadem Aenea, terram, mare, sidera, iuro,

Latoneq; genus duplex, Ianuq; bifrontem,

Vimq; Deum infernam, & diu sacraria Ditis.

Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit

Ommito que uterq; diuina nomina obtestans persequitur

Talibus inter se firmabant fœdera dictis

Conspectu in medio procerum, tum rite sacratas.

In flammam iugulant pecudes, & uscera uiuis

Eripiunt, cumulantq; oneratis lanceibus aras.

Iam uerò ut in rerum actione multa eueniunt præter opinionem, multa fert ca-

sus, aut fortuna, quæ se, quæ metu, quæ letitiâ, quæ dolore, quæ admiratione,

quæ

quæ terrore afficiat, nonnulla ex sententiâ cõsiliisq; succedunt, eundè in modum hæc
omnia sunt effingenda. Itaq; in incipiti dubioq; negotio non est ut prætermittas,
quæ temeritate, quæ audacia, quæ formidine, quo periculo, quibus insidiis, quo
dolo, quæ prudètia, quæ uirtute sit gestu. Rumoris quoq; fama, suspitionis ratio
tuenda est. Nec tēpestas, nec pelagi ælius, nec fames, nec pestilentia, nec frigus,
nec calor, nec si quid sit aliud id genus in rerum gestione, omittendū est. Sed quanq;
poetæ interdū quæadmodū historico multa sint cōnectenda, ut quæ diuersis uno
eodemq; tēpore locis eueniunt, cōsectetur, cū tamen eiusmodi illa sint, ut, quonia-
m uel una eademq; cōtinentur actione, uel cū ea coherescunt, aptè inter se pē-
deant & colliguntur, ratio quædā sanè habenda est, ne prius ex alia, re ad aliā
transcat, neque ex hac ad illā regrediatur, q̃ suo quauis loco eatenus exposue-
rit, quæ planè sit in aperto. Virgilius enim Aeneas cū iter ad Euanthrum ad-
uersus Rutulos auxilia petitori, atq; ab eo quidem ad Tarchotem narrauiſſet,
transgreditur ad enarrandam obsidionem, quæ interim Troianos Rutuli præme-
rent atque urgerent. Hæc ante oculos posita se refert ad expōndum, uti Aeneas
cum Hetrusis auxiliis redierit ad suos, eosq; obsidione exemerit. Neque
hic transitus fiat, quin appareat quamprimum rem aliam esse, ad quam attingen-
dam transgreditur, ut transiurus ille ad obsidionis expositionem.

Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur,

Prim de cælo misit Saturnia Iuno

Audacem ad Turnum.

Deinde concilium Deorum explicatur.

Panditur interea domus omnipotentis olympi,

Conciliumq; uocat Diuum pater, atque boninum rex,

Tum uerò cū ad eandem obsidionē se retulisset, rediurus ad iter Aeneas,

Illi inter sese duri certamine belli

Contulerant, media Aeneas freta nocte secabat.

Quem totum poematis locū fabulæ afficta, extrinsecusq; inducta, & q̃ aptè
obineat, facile cognouerit, qui repetierit memoria, quæ de his latè planèq; tra-
dita sunt. Quia uerò in hac poesi tum ipse sua retinet poeta personā, tum alienā
sumit in dicendo, in expositione rei quidē gestæ, nisi qui illa exponat, ut sit in epi-
sodijs, inducat, atq; in describendo per se ipse plura, in reliquæ actionis explica-
tione pauciora narrabit. Inducturus autem cū sit, qui loquantur, exponit an-
te pauca quedam, quibus secuturæ narrationis aditus pateſcat, Vt,

Ergo concilium magnum, primosq; suorum

Imperio accitos alta intra limina cogit.

Olli conuenere, fluuinq; ad regia plenis

Tecta iuis, sedet in medijs & maximus euo,

Et primus sceptris, baud læta fronte Latinus.

Atque hic legatos Aetola ex urbe remisſos,

Quæ referant, furi inbet, & responsa reposcit

Quæ ratione
& quo tem-
pore ex alia
re ad aliam
transcat.

Quem poemæ
ti locum epi-
sodiæ tenet.

In expositi-
one rerū quæ
geruntur ple-
rique suam
ponit perso-
nā Heroicis
Inducturus
qui loquatur
paucæ presen-
tur.

Ordine cuncta suo tunc facta silentia linguis,
Et Vtulus legitis illo se offerunt, supernacuum esse duco pluri

Perim hac quia legentibus illo se offerunt, supernacuum esse duco pluri
bus demonstrare. Quia ob rem qui in collocando quæ diuinè excogitauerit, eam
adhibuerit ratione ut aptè atque decorè singula disposita sint, uoluptatis adm
rationisq; nõ minus inuentione rerum, q̃ earundè dispositione excitabit Sed ha
Etenus de Heroico, nunc si placet de Bucolico poemate dicamus. Vt uidetur, in
quit Summontius. Nã de hoc quoq; tibi dicendū est, ut quod institutū sit, cõficiat.

De Bucolico
post Hexa
metri origo.

Bucolici car
minis auctor

Quadoquidem, inquit ille, hexametrum carmen omnium antiquissimum esse con
stat, quod nullo alio quicq; uersu cõscriptum, ita uetus usquam legatur. Genus
autem & Bucolicum & heroum eo carmine tractatur, merito uetustissimum
esse utrumque apparet. Vtrumque enim Apollini ueteres, Heroicum Pythio,
Nomo Bucolicum adscripserunt. Cum ille inmani uastiq; bellua Delphis oco
sa uictoriam altero cecinisset, altero, dum Admeti arma pasceret, amores.
Sunt qui Mercurii huius carminis dicant auctore, quando pastor illum fuisse
tradunt. Sunt qui Pana Virgilium secuti, cuius illud profecto est.

Mecum iena in syluis imitabere Pana canendo.

Pan primus calamos cera coniungere plures

Instituit, Pan curat oues, omniumq; magistros.

Nec desunt qui Mercurij filiū Daphnidè hoc uersu scribant pastoralia nu
mina coluisse. Nã tum primū editum esse, cū Lacedæmonij pastores, quæ bello
Perficio Virgines Diane sacra facere nõ potuissent, cõsecerunt, quis affirmæ
uerit? Immo uerò quia prisci illi Veteres pastorem uitam agebant, Deosq;
ut poterant, maxime colebant, carmen, quod pastores decebat, in sacris adhibi
tum esse credendum est. Cum autem non Doriè scriptū nihil sanè id genus ha
beant Græci, fuisse Doriæ nominis existimantur, qui hanc poemem inuenerunt.
Idq; planè probatur eò, quod Doriæ, quæ loca essent in omni Græcia pelori pa
scentio accommodata, cõueniunt. Itaque partim in Peloponneso poemata hæc
nata esse, partim in Sicilia uoluerūt. Ac Moschum extitisse, qui primus in hac
ratione scribendi laudem insignem meruerit. Quem Theocritus eo longè præ
stantior illoq; in genere facili princeps dicitur subsecutus. Hunc Maro emu
latus hac parte latinam linguam locupletauit. Hæc duo clarissima Bucolici
poematis lumina, quæ sint illo quidem, & quemadmodum scribenda, ostende
runt. His ductibus à recta scribendi uia nemo mehercule nostrum aberrauerit.

Moschus

Theocritus

Virgilius.

Nã in qua materia atque in qua ratione dicendi uersetur hoc genus, quis igno
ret? Vtraque humilis est, & attenuata. Et uerò quæ pastoriū conueniat. Ru
stica enim simplicitate contenta est, quæ nec acutas, granesq; sententias, nec
uerborum ornamenta conquirat. Ac septem à Virgilio Eclogas (sic ille appel
lat quæ Theocritus Idyllia ita scriptas reperies. Nisi reprehendendum putas,
quod fabula pastoralis maiora quædam contulerit. Et quæ ut dicant, pastores
inducuntur, ad alia intellexerit esse transferenda. Mihi uerò ille uel hoc præ

De materia.

Virgilius de
seculum.

cipue mirabilis uidetur, quod cum agrestes humilesq; personas, quæ nihil non
rusticum simplexq; loquantur, introducat, iusto illo graui, quædam abditè cõ
prehendit, opusq; per se nudum ac tenue sic exornat, ut cum exteriorẽ habi
tum, & personæ conuenientem nunq; exuat, interiorẽ induat politiorẽ in mo
dum, itq; cū in id quod apparet, incumbat id quod latet, probe conficiat. Au
gustum enim, Pollionemq; laudat, Cæsaris interitum deplorat, queritur se ami
sisse agrū, recepiisse letatur, cum aliud agere uideatur. Is poetarū sanè mos est,
ut fictis uera uoculè, ludo seria complectantur. Nec uerò in tribus illis Eclo
gis, quas minus esse Bucolicas arbitrantur, pastorem personam abiecit. Nam
in Pollione aurea secula rediisse ostendit, cum uiguisse dicuntur, qui agrestem
inconditamq; uitam agebant. In Sileno, quem pastores colebant, cum canentẽ
illa quidem inducit, quæ & Deus & senex facili tenere potuisset, quod carnẽ
& elegans, & uarium est, seruata personæ dignitate, cum in cantibus uarietas
minime dedecet, quibus plura atque diuersa licet percurramus. Quid in Gal
o? nõne illum introducit, qui æstium amoris leuaturus in montes atque in ne
mora secessisset, tanquàm degere ætatem in agris, atque esse

Aut custos gregis, aut maturæ uinitor uia,

Quam bella sequi maluisset? Et quidem hæc eadem omnia rusticis & uer
bis & sententijs est cõsecutus, itaque primus docuit quæ à Bucolica ratione pu
tantur abhorre, quàm probè attingi possint, quo minus dedecere uideantur.
Nec uerò eiusmodi quidquam sine premunitione aggreditur, Vt,

Sicelides Musa paulo maiora canamus;

Non omnes arbuta iuuat, humilesq; myricæ.

Si canimus syluas, syluæ sint Consule dignæ.

Quasi absurdum esset uel rustico carmine, quæ consule digna non essent,
pertrahere. Cum autem genus hoc sit planè summum, Comico simillimum
est, eoq; ab omni exornatione magis remotum, quo humilior. In utroq; enim
summissa inducuntur persona. Sed politiores quidem Comice, Pastorales uerò
inelegantiores. Cum ille in rerum domesticarum mediocritate consistat,
hæc rudem prosus in solitudine uitam agat. In utroque interdum orditur
poeta ipse, aut si quis loquitur ex eius persona. Nam Terentius eiusmodi
prologos adhibuit. Virgilius ingressum rei nonnunquàm probemio quodam
breui patefacit, Vt,

Extremum hunc Arcthyia mihi concede laborem. Et

Prima Siracusio dignata est ludere uersu.

Nostra, nec erubuit syluas habitare Thalys.

Interdum etiam explicat argumentum, Vt,

Formosum pastor Corydon ardebat Alexin. Et

Fortè sub arguta confederat Ilice Daphnis,

Compulerantq; greges Corydon & Thyrsis in unum.

Quæ omnia quidem exordij uim habent. In Sileno autem cū ipse esset pauca

Operis dispo
sitiõ.

prælocutus, argumenti explicatio subsequens est, quæ narratio dicitur.

Chromis & Mnasilus in antro,

Silenum pueri somno uidere iacentem.

De principio

Nam etiam hoc poema ex principio & narratione constat. Principio Bucolicus poeta, tum proponit, antequam inuocet, ut in Ph armaceuria.

Damonis musam dicemus & Alphesibei.

Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timaui

Sive oram illyrici legis æquoris, quod in Æneide atque in Georgicis factum esse ostensum est. Tum quod facit Homerus, cum inuocat, & t.

Sicelides Musæ paulo maiora canamus.

Tum, cum primum inuocant, & t.

Extremum hunc Ærethusa mihi concede laborem,

Pauca meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris,

Carmina sunt dicenda, utrumque tamen conneclit cum ait.

Incipe, sollicitos Galli dicamus amores.

Quin etiâ præloqui solet, vel ut propositum cõmendet suum, præmuniatq; iter ad ea, quæ agressurus est, ac dilucide ostendat, i qua materia verset, quod est in Sileno, vel ut exponat argumenti, & quæ sunt dicenda, demonstrat, quæ admodum in Melibæo, Atq; in Sileno, in Pollione, in Gallo, in Alexide per se. In Melibæo per alium exorditur, ac per quem exorsus est, per eundem etiam concludit, & t.

Hec meminî, & uictum frustra contendere Thyrsim.

Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis

Et si enim in hac poeti qui dicat introducuntur, Poeta ipse tñ nunc prorsus musq; personâ alienâ suâ, quod raro fit, ut in Pollione, nunc per totum poema omnino suscipit alienâ, ut in Tityro, in Daphnide, in Palemone, nunc suâ gerit i pauca, alienâ in pluribus induit. Ut in Gallo, in Alexide, in Pharmaceuria. Atq; ubi ipse loquit, exordium habet, alibi nō utiq; necesse est. Verum tamen quos loquētes facit, initio illi quodammodo rem aperit, docentq; quod in Ecloga tractetur. Quis enim non plane statim animaduertat in Tityro alterius ortū, alterius de agro amisso cõquestionē, in Palemone cõtentionē, atq; cõtutia pastorū cõtineri. Nā in Melibæo psona inducitur rem oēm dilucide patefacit. Atq; hæc eadem oīa qui uoluerit, in Theocriti Idylliis facillè obseruauerit. Quia uerò hoc genus Comico, ut docuimus, proximum est, qui opus quasi rusticâ Comediâ in Eclogas tanq; scenas pastorales diuidit, principē Sileno tribuit locū, ibiq; totius exordii poematis cõstituit, ubi poeta, quare Bucolicū carmen sit scripsiturus, planissime ostendit. Cū etiâ ubi esset operi finē impositurus, apertè in huc modum testet.

Extremū hunc Ærethusa mihi cõcede laborem. Videlicet dixerat

Prima Straculus dignata est uidere iusū.

Nostra nec erubuit syluas habitare Thalia.

Quasi ostenderet quem esset imitatus, ut extrema inijs responderent. Sunt autem qui cum de ultima Ecloga planè assentiantur, primam tamen Tityrum

esse uelint, quòd procul dubio sit, tanquàm infigne initium poematis fuisset, eius Virgilium meminisse, cum ait,

Carmina qui lusi pastorum, audaciq; inuenta

Tityre tu patule cecini sub tegmine fagi.

At qui suas esse Alexin & Palemonem his docet.

Hæc te nos fragili donabimus ante cicuta

Hæc nos formosum Corydon, Arlebat Alexin,

Hæc eadem docuit cuium pecus an Melibæi?

Ac purandum est, quia præclare quædā essent operis partes, earū mentionem fecisse. Verum enim supernacuum fortasse est, quæ perinde, ac singula se ad scribendum obtulerunt conscripta sunt, nullamq; collocandi dispositionem requirunt, ut in ordinem illa adducamus, elaborare. Narratione autem, quæ proposuit, uel per se, ut in Pollione.

Ultima Cum ei uenit iam carminis ætas.

Vel per alium exponit, ut in Alexide,

O crudelis Alexi nihil mea carmina curas.

In Melibæo.

Nymphæ, noster amor.

Narratio quoq; illa est in Sileno, sed cum propositione coniuncta ad explicationem argumenti. Chromis & Mnasilus in antro

Silenum pueri somno uidere iacentem.

Nam propositionem poetæ cum exordio conneclunt. Quæ uerò sibi proposuerat dicenda esse, tunc narrat, cum ait.

Namq; canebat uti magnum per inane coacta

Semina terrarumq; animæ, marisq; fuissent.

Verim de narratione, ac de proemio hic etiam tenenda sunt, quæ docuimus cum, ex quibus poema constat, de his dicere. Si quis autem totum opus Bucolicum esse unum arbitretur, idq; in proemium & narrationē partitur, exordium dicat esse principium Sileni, quod reliquum est, hoc omne ad narrandi rationem pertinere. In qua & quæ interdum, cuiusmodi sunt initia quarundam Eclogarum, uicem exordiorum tenent, deprehendes, & quæ propriè narrationes appellantur. Sed qui fieri unum id omne possit, mihi nō sane liquet, cum minus ita inter se apta & colligata sint, quæ hoc poemate cõtinentur, ut ea, quæ una quidem actio comprehendat. Partes uerò Bucolicæ carminis quas Eclogas Virgilium secuti appellamus, quot esse debeat, ut difficile est, sic etiam supernacaneum, definire. Virgilius quidem sanè decē fecit, nec defuit, qui dicant plures fieri non oportere, eoq; circumspectiorē Theocrito, qui numerum illum prætergressus est, hunc nostrū extitisse. Cum Eclogas esse, quasi scenas pastorales constituant. Nec scena plus decem singulos comicorum actus faciant. Quasi uerò quæ actū quidem uno sit contenta, hoc poemate fabula comprehendatur. Iam eiusmodi carminis, quæ speciem formamq; faciant, illa eadem quattuor ponenda sunt, quæ diximus ad uim

De narratio
ne.

Nam totum
poema Bucol-
icum unum
est.

Partes que
nim speciq;
cõpescuntur.

Canus.
Spectatio.
Fabula.

universi generis attinere. Huc etiam cantus spectatioque accedunt. Nam pastores ad fistulam canentes introducuntur; quorum carmina in Theocritis nunquam im pronuntiantur. Fabulam vero, quae poematis anima dicitur, ita in hoc, ut in quocunque alio genere unam absolutamque esse oportet, non quod una sit actio, quae opere universi effingatur, sed quia singulis Eclogis unum quiddam sit exprimentum. Neque enim satis perspicio, quae aut Theocritus, aut Virgilius omni bucolico carmine complexus est, cum multa & varia illa sint, quo modo, quo ordine, quae serie possint inter se ita connecti, ut una actione comprehensa videantur. Neque vero proprie qui agant, sed qui dicant, aut quae acta, quae dicta sunt, exponant, ferè inducitur. Facit enim ocio Tityrum abundantem, canentemque in umbra Amarylloidis amores, contra Meliboeum patrius finibus exactum amisso agro, quae occasio quidem ficta dicitur ad fabulam texendam. In fabula vero Meliboeus est, qui suam deplorat, Tityri vicem admiratur. Tityrus autem, qui singulari praconio planè testetur, cui tantæ tranquillitatis & gratiæ & laudem ipse deberet. In Mœride fingitur, qui petat urbem, Ario, si Arius ille fuit, qui Virgilij predia possidebat, hædos allaturus, ut occasio fabula prebeat. In qua quidè sunt, quae pastores illi colloquuntur. Videtur autem is idem poeta illum sanè agerem in Pharmaceutria fecisse, quem non modo canentem, sed ritu magico statera facientem inducit. Agentes quoque finxit in Palemone, quorum contentionem expressit. Nam actionem quandam esse certamen perspectum est. Iam vero in omni actione, in omni morum uarietate describenda animadueriti, atque seruari debent, quae facere, quae pati, quae agere, quae dicere, quemadmodum affici, quem animi habitum induere, quo instituto, quo consuetudine duci verisimile sit pastores. Quam puro simplicique & verborum & sententiarum genere hæc eadem exprimentia sint, Theocritus ostendit, quo ille ut adeo ualeret, Dorice lingue virtute factum esse arbitrantur. Neque enim ille idem Attico, neque alio quouis Græco sermone tantidem efficere potuisset. Itaque Virgilius quominus eam tenuitatem assequeretur, & diuinam poetæ maiestatem, & gravitatem Romanam in causa fuisse putandum est. Atqui demissum simplexque illud ita temperavit, ut pulchrius, incandiusque uideatur. Atque in ipsa tenuitate admirabilem se præbet, cum uel in tenuissimo genere mouenda sit admiratio. Quam probè enim amantem rusticum in Alexide, in Palemone inimicos cupidiosque contentiones, in Daphnide probos modestosque pastores effinxit? Quid in explicatione sententiarum, in comparationibus, in quacunque collatione in omni conformatione dicendi nunquid est, quod ex vulgari mediæ rusticorum consuetudine loquendi non simperit? Nam ut ex multis pauca uobis ostendam Adolescentes, quam rusticum canis ille comparationes?

Comparatio.
us Bucolicæ.

Lenta salix quantum pallenti cedit olivæ,
Punicis humilis quantum salicis rosetis,

Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas. Et
Tale tuum carmen nobis diuine poetæ,
Quale sopor sessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aque saliente sitim relinquere rino. Et
Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.
nes ille quam pastorales,
Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos
Noram. Et

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imber.
Arboribus uenti, nobis Amarylloidis ire.
Dulce satis humor, depulsis arbutus hædit,
Lenta salix fæto pecori, mihi solus Amyntas. Et
Populus Alcide gratissima, mihi Iaccho,
Formosæ myrtus ueneri, sua laurea Phæbo.
Phyllis amat Corylos, illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus uincet Corylos, nec laurea Phæbi.

Collatio Collationes.

Quid ampu-
ficationes illæ ab exemplis.
Nec tantum Phæbo gaudet parnausia rupis,
Nec tantum Rhodope miratur, et Ismarus Orphea. Et
Prætidæ impleverunt falsis mugitibus agros,
At non tam turpes pecudum tamen ulla secuta est
Concubitus. A circumstantibus rebus.
Ambo florentes etatibus, Arcades ambo. A similibus.
Nec lacrimis crudelis Amor, nec gramina riuus,
Nec Cythio saturantur apes, nec fronde capelle. A maiori.
Rumpantur ut Ilia Codo. Iam uero amores expressi.
Malo me Galatea petii lasciuia puella,
Et fugit ad salices, & se cupit ante uideri. Et per cōparationē.
Nerine Galatea thymo mihi dulciore Hyblæ,
Candidior cygnis, hedera formosior alba. Quam simplex il-
la increpatio.

Nonne fuit satius tristis Amarylloidis iras,
Atque superba pati fastidia, nonne Menalcam.
Quauis ille niger, quauis tu candidius es. Et quæ sequit collatio.
Alba lignifera cadunt, uacina nigra leguntur. Quam rusti-
cæ exclamant.

En unquam patrios longo post tempore finet
Pauperis & tuguri congestam cespitem culmen
Post aliquot mea regna uident mirabor aristas?
Impius hæc tam culta noualia miles habebit?

A circumstā-
tibus rebus.
A similibus.
A maiori.
Amores ex-
pressi.
Per compa-
rationem.
Per increpa-
tionem.

Per collatio-
nem.

Exclamatio.